PHILIPPI-HENRICI
HOENONII JC[ti]

LIBER TERTIUS

Diſputationum Juridicarum;

CONTINENS
Ad celebrem titulum Pandectarum poſtremum,

Qui eſt, De diverſis Regulis Juris antiqui,

DISPUTATIONES XII.

Superioribus annis in inclytâ & florentiſſimâ Salanâ Academiâ, quæ Jenæ eſt, propoſitas.

Quibus pleræq; dicti Tituli leges enucleantur, & quæſtionibus variis ſubjectæ materiæ bene convenientibus illuſtrantur.

Reſpondentibus iis, quorum nomina ſingulis diſputationibus adſcripta ſunt.

Editio quinta, prioribus correctior & locupletior.



Herbornæ Naſſoviorum, 1617.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Cicero

In Oratione pro Cecinnâ:

Nihil, ait, in civitate tam diligenter retinendum, quàm jus civile; quo ſublato, nihil cuiquam exploratum eſſe poteſt, quid ſuum, quid alienum ſit.

Digitized by Google

NOMINA RESPONDENTIUM.

1 Fridericus Heldrichius Gorlicius Luſatus.
2 Eleazarus Sitzinger ab Hollenſtein/Neoburgicus Palatinus.
3 Johannes Faſius Cronachenſis Francus.
4 Johannes Gaſſer Auguſtanus.
5 Petrus Portnerus Ratisbonenſis.
6 M.Samuel Ebertz Iſnenſis.
7 Johannes-Jacobus Bontius Spirenſis.
8 Bernhardus Rhau Hernbreitungenſis.
9 Juſtus Zinzerlingus Eſchenbergenſis.
10 Martinus Wolnerus Vinarienſis.
11 Johannes-Henricus Lincke F.Auguſtanus.
12 Joſephus Avenarius Zizenſis.

Digitized by Google

CATALOGUS QUORUNDAM REGULISTARUM.

Petrus Faber.
Philippus Decius.
Cagnolus.
Dynus.
Peckius.
Johannes Faber.
Socinus.
Johannes Ferrarius Montanus.
Delrio, Bocerus, Rittershuſius } *qui ad l.23.h. tituli ſcripſerunt.*

Rebuffus.
Sturtius.
Hotomannus.
Giphanius.
Hieronymus Francus.
Philippus Matthaus.
Hippolytus à Collibus.
Petrus Weſenbecius.
Philippus Francus.
Duennas.
Johannes Ramus.

AD LECTOREM BENEVOLUM AUTOR.

PRæter enumeratos modò regularum interpretes, in hiſce diſputationibus allegantur quamplurimi alii cùm theorici tum practici Dd. Juris inſignes, qui ſtudioſo Lectori paſſim, primo quaſi intuitu, ſe offerent; Vale.

ENU-

Digitized by Google

ENUCLEATIO RUBRICÆ LEG. I. II. III. TIT. PANDECTARUM POSTREMI.

Quæſtionibus materiæ ſubjectæ convenientibus illuſtrata, & ad diſputandum, auctore Deo, in inclyta Salana propoſita

à

PHILIPPO-HENRICO HOENONIO.

Reſpondente

FRIDERICO HELDRICHIO Gorlicio Luſato.

PRÆPARATIO

Utilitatem hujus tituli indicans.

IN judiciis ſtrepituq; forenſi utiliſſima tituli hujus materia eſt, tam reſpectu judicis, quàm ipſarum partium litigantium. Ille enim in ſententia à regula diſcedere non debet, *l. ab ea parte. ff. de probat. l. ſuos quoq; 4. §. puto rectè. ff. de hered. inſt. Dd. ad l. omnis definitio. infrà hoc titulo* Hippolytus à Collibus *ad Rubricam hîc.* & ibidem Hubert. Giphanius *in commentar. num. 9.* Hæ verò, ſi regulam pro ſe adducant, intentionem ſuam fundatam habent, ideoque in adverſarium, qui exceptionem regulæ prætexit, onus probandi transferunt: quæ probatio ſi ipſum defecerit, regula palmam fert. *arg. l. 4. §. 1. ibi, propter quæ ad generalẽ definitionem recurrendum eſt. ff. de hered. inſtit.* Decius *ad l. 1. hic nu. 6. ibidem.* Cagnolus *n. 21.* & noviſſimè Philipp. Matthæus *n. 34.* Covar. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 12. nu. 4.* Menoch. *libr. 1. arbitr. jud. quæſt. caſ. 70. n. 108. & caſ. 91. n. 16.* Schurf. *conſ. 59. n. 8. & ſeq. cent. 1. conſ. 8. nu. 1. cent. 12. & conſ. 27. n. 2. & ſeqq.*

Aaaaa 3

Digitized by Google

cent.3. Regner. Sixtin. *volum.2.conſil. Marpurg.conſil.10.nu. 123.& 124.& conſil.14.num.137.& 138.* & Herman. Vultej. *d.vol.2. conſil.25.nu.55.* Geil. *lib.2.obſerv.150.nu.3. & de pignorat.obſerv.14.nu.2.* Bald. *in l.ſi tutor.in fin.C. de ſer.comman.* Crat. *conſ.142.num.18.lib.2.* Coraſ. *de com.opin.libr.2. cap.9.num.105.* Weſenb. *conſ.1.num.11.* Johan. Ferrar. Montan. *in com.hîc.* Roland. à Valle *conſil.81.n.4.lib.1.* Menoch. *conſ.53.nu.11.* Dyn. & Phil. Franc. *in rubr.de R.Jur.in 6.* Bart. *in l.quoties.ff.ſi quis caut. & in l.2.ff.ſi quis in jus voc.nō ier.* Jaſon *in l.cætera in 3. notab. ff. de legat.1.* Salicet. *in l.ſi fundum.in fin.C.qui pot.in pign.* Cravett. *conſil.168.nu.8.* Everh. *in loc.legal.ab except. ad Reg.num.12.* Giphanius *ad rubr.hîc nu.8.* Quæ cùm ita ſint, uti reverâ ſunt, (imò longè majora & plura, quàm hæc, commoda nobis hic titulus præſtat, ut oſtendit Hippolyt. *d.l. & cæteri Reguliſtæ ad principium hîc*, & poſt eos Giphan. *num.9.*) quâ curâ, quo ſtudio & induſtriâ in evolvendo, retexendo & explicando hoc poſtremo Pandectarum titulo nobis opus ſit, res ipſa admonet clareq; eloquitur.

Occaſione inſcriptionis ſive RUBRICÆ, primò quæritur, An omnes Juris regulæ in hoc titulo ſint propoſitæ? Et, An eæ omnes, quæ proponuntur hîc, ſint Regulæ? Utrumq; neg.

Non enim dicit Juriſconſultus de omnibus, ſed de diverſis: variorum enim generum ſunt & cauſarum regulæ ſub hoc titulo poſitæ, collectæ ex diverſis juris civilis partibus. Plures autē juris civilis regulas reperiri docent prolixè Pet. Fab. Hippolyt. à Collibus, Sturt. Philip. Matth. Hubert. Giphanius *n.4.& 5.* & alii *ad Rubricam hîc.* Quemadmodum verò non omnes regulæ ſub hoc titulo comprehenduntur, ita nec eę omnes, quæ in eo recenſentur, regularum nomen vel auctoritatem unquam habuerunt; tales ſunt *l.Divus.l. ubi. l. Nerat.l.ea eſt natura.* Petr. Fab. *ad l.1.h.t.in fine. & ibid.* Hippolyt.

Secundò quæritur: Quid per jus antiquum intelligendum ſit?

Per jus antiquum in Rubrica intelligi debet id, quod Juliani,

Digitized by Google

Juliani, Papiniani, Ulpiani, reliquorumque Jurecconſulto-rum tempore in uſu fuit, atque in libris 50. Pandectarum continetur: quod à Juſtiniano in multis locis jus vetus, antiquæ leges, & jus etiam antiquum appellatur, *ut in l.unic. C.de emen. Codicis.l.1. de vet.jur.enucl. & in confirmatione Inſtit.§. Igitur poſt libros.* ubi ait, Omne jus antiquum à ſe collectum eſſe 50. Digeſtorum & Pandectarum libris. Petr. Fab. *ad rubricam hic.* Hippol. à Collib. *ibid. in fin.* Giphan. *hic nu.3.* Philip. Matth. *nu.9.* qui addit etiam illud, quod per conſtitutiones iſtorum Imperatorum, qui temporibus veterum Jureconſultorum vixerunt, introductum eſt, *d.l.1.C. de vet.jure enucl.*

Tertiò quæritur: Utrum rectè huic titulo poſtremus in Pandectis locus attributus ſit? Aff.

Negandum videbatur, ex lege Methodi logica, quæ præcipit, ut generalia præcedant, ſequantur ſpecialia: Petr. Ram. *lib.2. Dial.cap. de methodo. & ibidem* Interpp. Snellius, Tempel. Beurhuſius, & alii. Quem ordinem alibi quoque in Jure noſtro obſervatum videmus: ſic in Inſtitut. agitur de obligationibus in genere, poſtmodum ſingulatim de ſingulis ſpeciebus. Sic in Pandectis agitur de uſucapionibus in genere priùs quàm de uſucapionibus, pro emptore, pro donato &c. Verùm hiſce non obſtantibus, non ſine ratione ultimum huic titulo locum aſſignatum arbitror. Cùm enim ex jure regula fiat, ut inquit Juriſconſultus *in l.1. h. tit.* neceſſe omnino eſt, ut jus priùs cognoſcatur. Ut enim cauſa ſuo effectu notitiâ prior, ita & regulâ jus, ex quo ea collecta eſt, prius eſt & notius. Hinc lex ex facto, hoc eſt, ex particularibus caſib. pro re nata incidentibus: Regula verò ex lege ſive jure formato ortum habere dicitur. Quocirca leges eſſe tanquam voces & ſonos ſingulos, quidam aſſerunt, regulam verò tanquam harmoniam & concentum. Hotom. *lib.2.obſerv.c.17.* Nec hiſce refragatur axioma prædictum logicum: quia generalia ita comparata eſſe oportet, ut in ſummo gradu ſint generaliſſima, ſine quibus ſpecialium cognitio neutiquam haberi poteſt. Tales autem regulæ non ſunt, de quibus in hoc titulo ſermo eſt: quia, ut dixi, ex jure tanquam rivuli ex fonte promanârunt. Hippolyt. *ad*

Digitized by Google

*rubricam hîc.ibid.*Sturt.*nu.11.12.13.14. & 15.* Philip.Matth. *num.10.11.12. & ſeqq.*

Lex 1.

Regula eſt quæ rem] Verbum Rei hîc non factum, de quo controverſia eſt, (hujus enim enarratio ad eos ſaltem pertinet, qui de re ſive facto diſceptant) ſed jus conſtitutũ de rebus eodẽ modo inter ſe comparatis ſignificat. Phil.Matth. *hîc.num.2.* Nec obſtant verba ſequentia: *Per Regulam igitur brevis rei narratio traditur, & quaſi cauſæ conjectio:* quæ verba nõ ad jus, ſed ad factum, quod in controverſiam venit, referenda videntur, *arg.l.un.C.de lit.conteſt.* Litigatores enim facta caſuſque enarrant, cauſamque conjiciunt, id eſt, cauſæ argumentum judici, apud quem ea agenda eſt, ſummatim quaſi per indicem exponunt, Agellius *lib.5.c.10.* & ex eo Duaren. *l.1.diſput.cap.46. & in l.7.§. quinimo.circa fin.ff. de pact.* & Bernhard. Walther. *lib.1.miſcell.cap.21.* Reſpondeo: Non dixit JCtus, Regulam eſſe cauſæ conjectionem, ſed *quaſi* eſſe. Comparatur enim Regula cauſæ conjectioni: quemadmodum Cauſæ conjectio rem, cognitis utrinq; actoris & rei argumentis, ſtrictè & anguſtè continet: ſic Regula ſimilium caſuum in Jure deciſorum ſummam quandam complectitur. Hubert. Giphan. *hîc n.6.* Ex hac reſponſione meritò falſitatis arguitur Decius *hic n.10.* qui legit *conjunctionem:* quam lectionem reprehendit quoque Hotom. *lib.1.obſ.cap.18.* Giphan. *d.nu.6.* & Philip.Matth. *hic.* Deinde non obſtant verba illa ſequentia: *non ut ex regula jus ſumatur:* ex quibus rurſus dicendum videbatur, Regulam nõ ad jus, ſed ad factum pertinere. Sed reſpondeo: Jus quidem principaliter ex Regula non peti, ſed tamen per conſequentiam, quatenus illæ ex jure deſumptæ ſunt. Johan. Ferrar. Montan. *in comment. hic pag.15.* Hippolyt. à Collibus *hic pag.7.* qui exemplo id benè declarat. Si hoc ſenſu Decius *hic nu.5.* & Dyn. *in proœm.ad hunc tit. Juris Canonici n.12.* ſcripſerunt, ex regula jus ſumi, immeritò reprehenduntur ab Huberto Giphanio *hic n.10.in comment.* Vide quoq; *ad h.l. 1.* Johan. Ramum *in Enchirid.* R.J. *lib.1. axiom.3.*

Quæ ſimul cùm in aliquo vitiata] Breviter horum verborum ſententia eſt: quòd vix ulla Juris regula tam firma ſit & generalis, quæ nõ exceptionem aliquando pro circumſtantiarum

tiarum diverſitate patiatur. Exceptiones enim à Regula deſciſcentes faciunt, ut officium ſuum ea perdat, licet ejusdem naturæ ſint cum iis, quę ſub regula comprehenduntur: atq; hoc eſt, quod JCtus *in l. omnis definitio 202. inf. hoc. tit. dicit:* Omnem definitionem, id eſt, Regulam (quod notandum contra eos, qui JCti mentem ſatis non intelligentes, eum de Logica definitione, non Regula loqui exiſtimarunt, quos idcirco rectè reprehendit Chriſtoph. Henſcher. *in Meth. tract. de privil. th. 9.)* in Jure periculoſam eſſe, parumq; eſſe, ut ſubverti non poſſit. Exemplis hanc rem illuſtrant Reguliſtæ hîc & poſt eos Giphan. *n. 7. 8. 9. hîc.*

Lex 2.

Remotæ ſunt] In cauſa eſt earũ innata levitas, inconſtantia, conſilii incertitudo & imbecillitas. Hippol. *in princ. hîc.* & Giphanius *hîc num. 5.* Præter hanc rationem generalem eſt & alia ſpecialis, cur Magiſtratum gerere nequeant: quia nimirum magiſtratus honor eſt. *l. reſcripto 6. in princ. & §. cæterùm. ff. de muner. l. 1. §. corporalia. eodem. l. Imp. ff. ad municip. (quibus ll. non obſtat l. 11. ad municip. l. ſi quis 9. ff. de muner. & honor. juncta l. honorem 16. & l. cui muneris 12. ff. eod. & l. 12. ff. de Decur.* vide Petrum Fab. *hîc num. 14. uſque ad num. 21.* Johan. Ferrar. Montan. *hîc pag. mihi 19. uſque ad pag. 27.* Et poſt eum Philipp. Matthæ. *num. 7. 8. & 9.)* Atqui dignitatis ſeu honoris fœminæ participes non ſunt, niſi per maritos. *l. mulieres. C. de dignitat. l. unic. C. de mul. in quo loc.* Ergo Sturtius *hîc nu. 50. & 51.* qui ad contraria reſpondet. Notandum tamen, quòd fœminæ à muneribus civilibus non omnino remotæ ſint, ut declarat Petr. Fab. *num. 5. hîc.* & Sturt. *num. 18. 19. & 20.*

Item impubes] Ratio eſt cum ſuperiori de fœminis ferè eadem: & quia quod hæc ætas videt, ignorat, *l. 1. C. de falſa monet.* nec ſentit, nec conſentit. *l. infans. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* nec rationis capax eſt, *cap. firmiſſimè 15. q. 1.* Sturtius *nu. 79. hîc.* Johann. Ferrar. Montan. *hîc. pag. 27.* Hoc tamen procedit in officiis & dignitatib. cum adminiſtratione; ſecus eſt in officio & dignitate ſimplici, quæ non habet adminiſtrationem, ad quam etiam pupillus habilis debetur. Decius *hîc num. 5.* Hippolyt. à Collib. Sturtius *num. 28.* Atque ita intelligo *l. ultim. C. de mil. teſt.* cum Petr. Fab. *hîc num. 32.*

Giphan.*ad §.1. hic nu.2.* Ferrar.*d.loc.pag.30.* & cæteris Doctoribus modò allegatis. Idem tradit Bart.*in l.1.C.de dign.* ubi inquit; quòd infans licet nihil intelligat, miles creari poſſit. Ex qua Bartoli doctrina concludit Decius hîc, quòd infanti (id eſt, minori ſeptem annis, *l.18.C.de jur.delib.*) feudum concedi poſſit: quod tamen Feudiſtæ non concedunt. Herman. Vultej.*tit.1.de feud.cap.4.nu.6.* Exiſtimant enim, infantem neque per ſe, neque tutore auctore, ſed tutorem infantis nomine feudum acquirere poſſe, *argum.d.l.18. & l. placuit.C. de jur.delib.* Diſſentiunt quidam *argum.l.quamvis 32.§.infans.ff.de acq.poſſ.l.ſi procuratores 13.§.1.ff.de acq. rer. dom. l.1.§.ſufficit.ff. de adminiſt.tut.* Quibus adde rationes Decii, quia ſcilicet feudum magis habeat naturam beneficii, quàm contractus: & quia juramentum non eſt de ſubſtantia feudi. Verùm cùm diverſo reſpectu feudum & beneficium ſit, ut bene tradit Johan. Niel.*diſput.feud.1.th.6. lit.e.* contra Weſen.*cap.1.tract.de feud.* & etiam contractus, idem Niellius *diſput.feud.4. lit.b.* contra Hotomannum nihil Decii ratio obſtat, cùm infans nullum negotium gerere, nullumq; contractum celebrare poſſit.*§.pupillus. Inſt.de inutil.ſtipul.* Et ita quoque ſecunda Decii ratio corruit.*arg. l.2.de jur.*

Quæſtio I. An fœminarum in Jure noſtro deterior conditio ſit quàm maſculorum? Aff.

Primò per text.*n.l.* Deinde per *l.in multis 9.ff.de ſtat.ho.* Dec.Rebuf.Pet.Fab.Giphan.*hîc. n.2.hic.* & alii. Hinc tamē fœminam hominem non eſſe, haud eſt conſequens, *l.1.l.hominis appellatione 152.* ubi Alciat.*n.3.ff.de V.S.l. Mævius 66. §.3.ff.de leg.2. l.3.§.1.fi. de li.ho.exh.l.3.§.1.unde legit.l.omnes omnino 6.C.de agr.& cenſ.l.2.de ſtatu hom.* Gœdd.*ad l.1.nu. 31.& 32.ff.de V.S.* Pruckm.*in tr.de diff.ſex.1.part.pr.memb.2. art.1.in fin.* Diſſ.Jacob.Orloshauſ.*in Reſponſo Juris, an fœmina in ſucceſſionibus Regnorum, principatuum, ducatuum, &c. cap.5.acie.viril.n.7.8.9.& ſeqq.* ubi allegat Johan.Fabr.*in §. maſcul.Inſt.de Nupt.* Alb.de Gand.*in tract. de maleſic.tit.de quæſt.& tort.nu.11.* Guido de Suzar.*in tract.de indic.& tort. nu.11.* & Cujac.*lib.6.obſerv.cap.21.* Weſ.*in parat.nu.1.ad l. Corn.de ſicar.* Petr.Greg.Tholoſſ.*in meth.jur.lib.1.cap.7.per l.ſi quis*

Digitized by Google

l. ſi quis 38. §. qui abortionis. ff. de pœnis. ubi mulier homini opponi videtur. Verùm cùm Juriſconſultus *in d. l. 38.* de duplici poculo agat, amatorio nimirum & abortionis, hocque mulieris proprium, illud verò ipſi cum viris commune ſit, rectè, prius poculum ſpectans, mulieris, poſterius verò, hominis mentionem facit, ut ſub generali appellatione fœminas quoque comprehendat. Gœdd. *d. l.* & Treutler. *diſput. Pand. 2. theſ. 1. lit. c. in fine.* Porrò limitatur hæc quæſtio in pœnalibus. Mulieres enim in eodem delicti genere mitiùs puniuntur. *l. ſacrilegii. ff. ad l. Jul. pecul. l. ſi adulterium. §. ſtuprum. §. fratres. §. inceſtum. ff. ad l. Jul. de adult.* Hinc fit ut diſpoſitio legis unicæ *C. de rapt. virgin.* in fœmina virum rapiente locum non habeat. Damhoud. *in pract. crim. cap. 95. num. 18.* Clarus *in §. raptus. num. 6.* Decian. *lib. 8. cap. 7. num. 27.* Harprecht *ad. §. 8. num. 11. 12. & 13. Inſtit. de publ. judic. & diſput. 31. th. 12. part. 2. ad Inſtit.* Petreus *in theſauro controverſar. concl. criminal. concluſ. 104.* Griland. *de diverſ. crim, lib. 3. q. 10. num. 23.* & Brech. *ad l. verbum ſi quis 1. ff. de V. S.* Diſſ. Gœdd. *ad l. 1. n. 53. ff. de V. S.* Treutl. *in diſput. 2. volum. 1. th. 1. lit. C.* Gl. *in d. l. unic. in verbo,* Sponſam; quam ſequũtur Angel. *ibid.* ubi teſtatur, ſe vidiſſe Florentiæ quandam meretricem comburi, quæ juvenem quendam rapuerat, Baldus in *l. raptores. C. de Epiſc. & Cleric. in fine.* Hippolyt. de Marſ. *in d. l. unic. num. 225.* Jacob. Cramer. *discept. ultim. ad Inſtit. poſit. 11.* per *d. l. raptores. & d. l. unic.* qui textus loquuntur de maribus, & ſic in genere maſculino; ſed in cauſis & deciſionibus etiam pœnalibus & odioſis, maſculinus (ajunt) ſermo ad utrunque ſexum regulariter pertinet, *d. l. 1. ff. de V. S. l. ſi quis 7. §. 1. ff. de juriſdict. l. ait Divus. ff. de jure fiſc. l. qui domum. 7. l. mater. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult.* Br. *in l. jura. in fine. ff. de legibus. & in l. quicunque. ff. de ſerv. fugit.* Bald. *in l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſol. matrim.* Hippolyt. de Marſ. *ad d. l. unic. num. 225.*

Quæſtio II. An hoc loco officia civilia & publica differant? Nego.

I. Per textum expreſſum *in l. ult. §. 28. ff. de mun. & hon.* II. Per *l. 78. de judic. juncta d. l. ultim. §. 14.* III. per *l. pen. in princ. & §. 1. ff. de vacat. mun.* IV. per *§. 1. h. noſtr. l.* ubi pro-

cul dubio ſub civilibus comprehenduntur officia publica. Alex.*conſ.213.lib.5.*Pet.Fab.prolixè *hic nu.10. & 11.*Sturtius *nu.24.*Phil.Matth.*nu.4.*& Johan.Ferrar.Montan.*hic.pag. mihi 25.* Diſſ.Decius *nu.2.* & Cagnol. *hîc num.2.* Non obſtat *l.14.§.1.ff.de mun.& hon.*Ibi enim publicum munus dicitur munus perſonale,quod civile vocatur *in l.1.& l.fin.eodem tit.*Gœdd.*ad l.18.nu.19.ff.de V.S.*Reliqua contraria removet Pet.Fab.*ſupra alleg.loco.*

Quæſtio III. An conſuetudine, jureq; hereditario fœminæ ad Magiſtratum ſive Imperium admitti poſſint? Aff.

Per *cap.dilecti.extra.de arbitris.* Alex.*conſ.24.lib.5.*Sturt. *hîc num.34.* Dec.*num.3.& 4.* Matth.*nu.10.* Bronch.*cent.2. miſcell.controv.aſſert.81.*Quod multis argumẽtis & exemplis probant Politici, Johan.Caſus *in Sphæra civitatis lib.1. cap.3.in fin.*Lipſius *lib.2.Polit.cap.3.* Goclen.*quæſt.Ethic.91.* Vincent.Cabot.*lib.1.diſput.cap.15.*Chaſſan.*in catalogo glor. mundi part.2. conſiderat.8.* Picolom.*gr.6. philoſoph. moral. cap.10.*Bocer.*claſſ.5.diſput.8.παρις.2.*Bronch.*miſc.controv. cent.2.aſſ.81.*Facit quòd uſu & jure receptum ſit,ut fœminę non ſolùm ad ſucceſſiones regnorũ,ducatuum & comitatuum admittantur,modò filii maſculi deficiant,*cap.unic.§. filia.de ſucceſſ.feud. in uſib. feud.* (quemadmodum legimus *Judic.4.*Deboram,fœminam prophetiſſam,univerſum populum Iſraëliticũ judicaſſe; Item in Anglia,Hiſpania,Scotia,Luſitania,regni ſceptra quoque fœminis delata fuiſſe) ſed etiam in feudũ aliquid dare poſſint. *c.1.§.fœminam,per quos fiat inveſt.c.1.verbo,Abbatiſſa,Epiſcop.vel Abb.*Schrader.*de feudis part.4.c.1.nu.59.* Sonsb.*part.6.nu.17.* Hotom. *diſp.feud.13.in fin.* Weſ.*in tract.de feud.c.4.n.5.*Diſſ.Hartyſ. *c.5.nu.19.de feud.* hac ratione. Quia, qui feudum dat,juriſdictionem habere intelligitur,*cap.Imperatorem.§.inſuper.de prohib.feud.al.per Frid.* Atqui fœmina jurisdictionem non habet,cùm ab omnibus officiis civilibus remota ſit,*l.h.n.* Verùm reſp. Conſuetudinem fœminæ jurisdictionem tribuere,*d.c.dilecti,& cap.ſignificans.de reſcript.*Et ſic quoque ſatisfactum puto *l.privatorum.C.de jurisd.*Si igitur conſuetudo vel lex regni ſpecialis fœminas ad Imperiũ admittat,

res ſe

res ſe bene habet; Quid ſi verò de hac re nullum ſtatutum, nullaque ſit conſuetudo? Num arcendæ ſunt? Dico regulariter, quòd ita, cum politicis præſtantiſſimis Petro Gregorio Tholoſano *lib.7.de Rep.cap.11.* Bodin.*lib.6.de Republ.cap.5.* Plat.*lib.5.de Republ.* Ariſt.*lib.1.polit.cap.8.* Philippo Comminæo *lib.8. comment.p.625.* Lamb.Danæo *lib.3.polit.Chriſt. cap.3.* Alex. ab Alexand. *Genial.dier. cap.11.* Jacobo Orloshauſen *c.35.in reſp.jur. An fœminæ in ſucceſſionib.regnorum, ducatuum, principatuum, comitatuum, &c. admittantur.* Keckerm.*lib.1.cap.2.polit.* Melch.Jun.*quæſt.pol.13.* & aliis in noſtris diſputationibus politicis allegatis.

Quæſtio IV. An fœminæ efficaciter aliquando pro alio intervenire poſſint? Aff. ſi videlicet beneficio SCti Vellejani renunciaverint.

I. Quia quilibet favori pro ſe introducto renunciare poteſt.*l.pen.C.de pact.* Atqui Senatusconſultum Vellejanum in favorem mulierum eſt introductum,*l.1.& 2.ibi,æquum viſum eſt ita mulieri ſuccurri,l.2.§.2.ibi,quia opem tulit mulieribus,propter ſexus imbecillitatẽ,&c. & §.3.ibi,infirmitas enim fœminarum,nõ calliditas auxilium demit.ff.ad SCtum Vellejan.l.40.in princ.ff.de cond.indeb.* ubi hoc SCtum catenus Macedoniano opponitur,quatenus illud in odium fœneratorum, hoc in favorem mulierũ introductum eſt. Ergo mulierem huic ſuo beneficio renunciare poſſe, eſt conſequens. II. Propter expreſſum textum *in l. ultim.§.ult.ff.ad SCtum Vellejan.* quæ lex de renunciatione judiciaria non loquitur,ſed de ea quæ fit ante judicium conſtitutum,cùm extra jus quæritur,utrùm purè,an cum exceptione mulier judicium ſit acceptura. Perperam enim aliàs illam legẽ accipiunt Dd. de ea tantùm renunciatione quæ fit in judicio, ut patet ex illis verbis *d.l.ult.& ſic ad judicem ire.* III. Facit *l.22.C.ad SCtum Vellejan.* ubi mulier poſt biennium denuò intercedens Vellejano renunciaſſe ipſo facto intelligitur: quia inde non conſilii infirmitas,ſed conſtantia appareat. Unde ſic concludo, Si tacita & ex facto præſumpta renunciatio ſufficit,utiq; multò magis ſufficit expreſſa (expreſſi enim vis major quàm taciti) licet ſit extrajudicialis. At prius verum,*d.l.22.* Ergo & poſterius. Hæc communis Dd.opi-

Digitized by Google

nio eſt,& totum mundum ita ſervare aſſerit Alberic.*in d.l. fin.ff.ad SCtum Vellej.* eamq; bene defendunt Andr.Geil.*lib. 2.obſerv.77.* qui in Camerâ Imperiali hanc ſententiam ſervari teſtatur, Pet.Fab.*ad l.hanc noſtram,& ibid.* Phil.Matth. *n.22.& ſeqq.* Gœdd.*in tract.de contr.ſtip.c.7.concl.19.n.298.* & *tom.1.conſilior.Marpurg.conſil.24.nu.26. & ſeqq. uſq; ad nu.41.* ubi ſeptem contraria diluit, Fachin.*libr.2.contr.cap. 59.* & Bronch.*cent.2.aſſ.40.* Diſſ. Donel.*lib.12. comm.juris civ.c. ult.* Duar.*ad t. ff.de SCto Vellej.* Conn.*lib.6.comm.c. ult.n.9.* Weſenb.*in parat.ffторum d.t.nu.fin.* Covarr.*in cap. quamvis.de pactis.in 6.part.2.§.5.nu.5.* Hieron. Franc.*ad h. l.noſtr.nu.44.* Ant.Fab.*de error.pragm.decad.7.error.8.* Ant. Teſſaur.*deciſ.222.num.2.* Arum.*diſput.19.Exerc.8.lit.b.* Ut tamen legitimè fieri dicatur renunciatio,mulier priùs de beneficio ſuo,quod ignorare præſumitur,*arg.l.regulæ 9.in prin.ff.de jur.& fact.ignor.* certioranda eſt. I. Quia & aliâs generalis renunciatio **gemeiner verzieg** non valet,quò ad ea de quibus renuncians tempore renunciationis non cogitavit,*l.fin.§.fin.* ubi Bartol.*n.1.ff.de cond.indeb.l.qui cum tutoribus 9.ff.de transact.l.tres fratres 35.in fin.de pact.* Deinde quia renunciationes ſtricti juris ſunt,& iis non veniunt,niſi ea quæ in ſpecie expreſſa ſunt,*d.l. tres fratres 35. in fin. de pact.* Geil.& alii *ſuprà alleg.loc.* Qui perperam tamen in juratâ renunciatione certioratione non opus eſſe exiſtimant. Nam juramentum non obligat,ubi deeſt conſenſus;debet enim habere tres comites,juſtitiam,judicium & veritatem, *c.etſi Chriſtus. de jurej.* In dicto autem caſu deficit cõſenſus propter ignorantiam,*l.ſi quis per errorem.ff. de jurisd.* Quæ ignorantia cùm à jure præſumatur,non dicitur ſuppleri per juramentum,per regulam,quòd juramentum non trahatur ad ignorata,ſecundùm Bart.*in l.ſciendum.n.8.ff.de verb.obl.* Nec tollit juramentum præſumptionem ignorantiæ, Alexand.*in d.l.ſciendum,nu.36.* Barbat.*conſ.53.col.3.& col.10.lib. 2.*& *conſ.55.in fin.eod.libr.* Bologn.*conſil.45.col.2.* Ant.Teſſaur. noviſſimè *deciſ.222. nu.12.* qui plures in hanc ſententiam adducit.

Quæſtio V. An minor octodecim annis poſſit eſſe judex? Neg.

Per *l. quidam 57. ibi,niſi minor decem & octo annis ſit,ff. de re*

de re judic. Pet. Fab. *hic nu.26. & 27.* Zaſ. & Duar. *ad d.l.57.* Weſenb. *in parat. ffiorum de receptis arbit. num.8.* Bronch. *cent.1. aſſert.65.* Donell. *lib.24. comm. cap.17.* Philip. Matth. *num.7.8. & ſeqq.* Diſſent. Cujac. *ad l.1. C. qui ætat. ſe excuſ.* Gothofr. *in d.l.57. & l.12. ff. de jud.* Vulte. *lib.2. Juriſpr. Rom. cap.30. num.79.* Non obſtat *l. cum lege 41. ff. de arbitr.* Ratio enim differentiæ eſt inter arbitrum & judicem, ut docet Fab. *ſupr. alleg. loc. & ibid.* Philip. Matth. Aliter conciliat illam legem Duar. & poſt eum Bronch. *d.l.* Videatur quoque de hac quæſtione diſſerens Pet. Gregorius *lib.47. Syntagm. c.9. num.17. & ſeqq.*

Quæſtio VI. An minor 25. annis poſſit eſſe procurator ad litem? Neg.

I. Ratio: Quia minor 25. annis, ſi defenſor exiſtat, ex quibus cauſis in integrum reſtitui poteſt, defenſor idoneus non eſt: quia & ipſi & fidejuſſoribus ejus per in integrum reſtitutionem ſuccurritur, *l.51. ff. de procurat.* Aſſumo: Atqui ſemper minor, quoties læditur, in integrum reſtitui poterit, etiam tum ſi procurator ſit, *tot. tit. ffiorum de minor.* Ergo. II. Probatur per *l. exigendi 12. C. de procurat.* quam legem de procuratore etiam loqui triplex ratio evincit. I. eſt, quia Imperator à procurationis officio repellit eum, qui legitimam ætatem necdum complevit; legitimam verò ætatem is compleviſſe dicitur, qui annum 25. egreſſus eſt, *l. ultim. C. de his qui ven. ætat. impet.* II. ratio ſumitur à rubrica. III. eſt hæc, quia *in d. l.12.* mandati, quo procurator conſtituitur, mentio fit: inſuper confirmatur hæc opinio hac ratione: quia omnis qui invitus judicium pati non cogitur, idoneus procurator non eſt, & repudiari poteſt, *l.55. de procurat.* Atqui minor 25. annis judicium pati non cogitur: Legitimam enim perſonam ſtandi in judicio non habet, *tot. tit. qui legit. perſ. ſtand. in jud. l. neque tutores 11. C. de procurat.* Et minor 25. annis idoneus procurator non eſt. IV. Abſurdum etiam eſſet, minorem ad alienas lites perſequendas admitti, cùm in propriis per procuratorem litigare cogatur. Sive enim civiliter, ſive criminaliter conveniatur minor, curator ad litem (ein kriegiſcher Vormünder) ei dandus eſt, qui ipſius nomine judicium

Digitized by Google

exerceat, *l.1.§.fin.ff.de minor.l.acta.§.fin.ff. de re judic.* Bart. *ibidem.num.1.* Angel. *in §.1.Inſtit.de curat.num.3.* V. Facit, quòd hæc ſententia jure Canonico confirmata eſt, *cap.cùm generaliter 5.§.1.de proc.* Tuentur eam Duaren. *ad t.fftorum de proc.cap.4.* Weſenb. *in parat.fftorum eod. nu.4.* Mynſ. *ad §.juſtæ.nu.5. & ibidem.* Schneid. *nu.4.Inſt.qui ex quib.cauſ. man.* Et noviſſimè Phil.Matth. *ad hanc noſtram legem.n.26. & ſeqq.* Cujac. *ad d.§.juſtè.nu.10.& lib.22.obſ.16.* Et in tractatu *de præſcript.cap.29.* Pacius *cent.2.quæſt.16.* Ant.Matth. *ad d.§.juſtæ.Inſt.qui ex quib.cauſ.man.* Bronch. *cent.1.aſſert.49.* Erneſt. Cotmann. *lib.1. diſput.3. coron.2.* I. Non obſtat *d.§.juſtæ. & l.13.ff. de manum. vindic.* ut bene declarat Philip.Matth. *d.l.nu.33.34. & 35.* II. Non etiam movet *l.1. §.init.ff.de poſt.* Reſpondeo enim: Eam loqui de advocato, qui damnum non timet, nec litis dominus conſtituitur, nec ſe in aliquo obligat: Procurator verò ſtatim lite conteſtatâ, fit litis dominus, *l.nulla 23.C.de procurat.* Et in ipſum fertur ſententia. Si igitur malè eſſet judicatum, procurator peteret reſtitutionem in integrum, & ſic redderetur judicium eluſorium. III. Non obſtat, quòd minor 25. annis judex eſſe poſſit, ut in præcedenti quæſtione docuimus. Reſpondeo enim, quòd id fiat ex neceſſitate, quæ ſibi legem non habet præſcriptam, & eſt jus ſingulare, quod facilè in conſequentiam trahendum non eſt. *l.11. de legib.* cùm & aliàs propter rei judicatæ neceſſitatem multa permittantur, quæ aliàs viribus non ſubſiſtunt, *l. Barbarius.ff. de offic.præſid.* Deinde ceſſant quoque rationes in judice, quæ procurationis officium minori denegant.

Lex 3.

Ejus eſt nolle] Veriſſima eſt hujus legis lectio hæc, & ſenſus eſt: Ejus eſſe privationem, cujus & eſt habitus ſive poſitio. Facit I. Quòd vulgaris ſit & recepta hæc lectio. II. Quia convenit cum *l.4.ff.de acq.her.* quę eundem habet ſenſum, & ex eodem Ulpiani *lib.3.* ad Sabinum deſumta eſt. III. Quia congruit *l.18.ff. de acq. hered.* IV. Quia contrariorum eſt eadem diſciplina, ita ut ubi unum non ſit, non ſit & alterum. Gothofr. *ad d.l.18.lit.h.* V. Aliquid probant *l.189.& l.102. & 1.inf.d.tit.* Petr.Fab. prolixè *hic.* Hippolyt. à Collib. *hic.* Giphanius *hic n.2.* Cujac. *lib.5.obſerv.39.* Qui tamen

Digitized by Google

tamen legit *non velle*, quod cum vulgari lectione convenit, Philip. Matth. *hîc n.2. & ſeqq. ibid.* Decius & Johan. Ferrarius. Diſſ. Anton. Auguſt. *lib.1. emend. cap.2. in fin.* Joh. Robert. *lib.2. receptarum ſent. c.26.* Riminald. *in l. ult. n.204. C. unde liberi.* Nicolaus Bellonus *lib.4. ſupp. c.14.* quos ſequitur Sturt. *hîc.* qui omnes legunt, *Ejus eſt non nolle qui poteſt velle.* Ut ſenſus ſit: quòd ille poſſit pati ac tacitè permittere, qui velle, hoc eſt, expreſsè conſentire poteſt. Sed malè, ut oſtendit argum. *l. non debet 41. in fin. hoc tit.* Hippolyt. à Coll. apud quem & alios ſupra allegat. videte reſponſiones ad ll. contrarias, quæ objici ſolent ſententiæ hujus noſtræ legis, veluti ad *l. ſerv. invito 65. §. pen. ad SCtum Trebellian. juncta l. tutor. ff. de bonorum poſſeſſ. & l.51. ff. de opt. leg. juncta l.3. C. de inſtit. & ſubſtit.*

DISPUTATIO II.
QUA ENUCLEATUR
Lex 4.5.6. & 7.
Defenſa ab

ELEAZARO Sitzinger ab Hollenſtein.

Lex 4.

V*Elle non creditur*] JCtus non ait, Eum qui ſit in poteſtate patris aus domini, velle nõ credi. Nam hoc ſi verum eſſet, neq; filiusfamilias, neq; ſervus ullum haberet commercium, neq; ullum contrahendi poteſtatem, quod apertè falſum eſt. Sed hoc ait Juriſconſultus hîc: Quatenus quis alieno imperio pareat, volentem facere dicerève quid non videri. Petr. Fab. *hîc nu.17.* Opponitur autem huic regulæ, I. Quòd coacta voluntas ſit voluntas, *l. ſi mulier. §. ſi metu. ff. de eo quod met. cauſ.* Reſpondet Sturt. *nu.17.* Phil. Matth. *n.8.* II. Opponitur *l. ſi fidejuſſor. §.1. ff. de pignor.* quam conciliat Jul. Pac. *cent.7. q.79.* III. Oppon. *l. ſi patre 22. ff. de rit. nupt.* Vide Pac. *d. loc.* Sturt. *n.19.* Filius in illa *l.22.* præciſè non cogitur, ſed legis imperio conſenſum patris ſequitur, quomo-

Digitized by Google

do id naturalis & civilis ratio poſtulat, *pr. Inſt. de nupt.* & ideo invitus feciſſe non videtur.

Quæſtio: An hæc lex ad delicta quoque pertineat? Aff. ſub diſtinctione:

Aut enim delicta levia ſunt, aut gravia. In illis, ſi filius patri vel domino ſervus obtemperaverit, excuſabitur, *l. 37. ff. ad L. Aquil. l. ſi ſervus. ff. de nox. act. l. 169. infra h. t.* In his juſſus patris vel domini non excuſat, *l. ad ea 157. infra h. t. l. ſervus 20. ff. de oblig. & act.* Agell. *lib. 11. cap. 7.* Dec. Cagnol. Sturt. Hippolyt. à Collib. *hic.* Verùm ulteriùs quæritur: Utrùm etiam eo caſu, cùm delicta gravia ſunt, mitigati pœna debeat propter debitum obedientiæ? Nego cum Cagnolo *hic n. 8.* & Hippolyt. Diſſent. Dec. *hic n. 7.* & Cœpoll. *cautel. 40. per l. ſervos. C. ad l. Jul. de vi.* Malè. Loquitur enim textus ille de violentia, ubi homicidium non intervenit, & ubi ſervus punitur ſeveriùs quàm liber: Ideo & illo caſu ob mandatum dominorum in ſervis lex pœnam mitigat ad mortem civilem & damnationem in metallum. Aliâs enim regulare eſt, ut, quod fecit homicida, expectet. *l. 5. C. de Epiſc. audient. & l. quoniam. C. ad l. Jul. de vi publ.* Cagnolus *d. loc.* Sturt. *num. 6. hic.*

Lex 5.

Furioſorum] Non omnium, ſed eorum duntaxat, qui in perpetuo furore ſunt, hoc eſt, qui continuâ mentis alienatione omni intellectu carent, *l. Divus. ff. de off. præſid. l. cùm Prætor. ff. de judic. l. ſi cum dotem 22. §. ſi maritus. ff. ſolut. matrim. l. 6. C. de curat. furioſ. l. humanitatis. C. de impub. & al. ſubſtit.* Sturt. *nu. 6.* Hipp. *hic.* Ratio eſt: Quia plus illis deeſt, quàm abſenti, *l. ubi non voce 124. §. 1. infr. h. t. l. 2. §. furioſ. ff. de jur. codic.* (non obſtat *l. 2. §. 1. ff. de proc.* vide Phil. Matth. *hic n. 11.*) cùm mente utantur depravatâ vel infirmâ, atq; ita morboſâ vel planè nullâ. Suppleri autem poteſt autoritate & conſenſu aliorum legitimo imperfectum & quotidie augeſcens judicium: Depravatum, inſanum, & corruptũ non item. arg. *l. Fulcinius. §. adeò. ex quibus cauſ. in poſſ. eat.* cùm potiùs medicinâ & commiſeratione quàm ſupplemento opus habeat. Eleganter Gœdd. *in tr. de contr. ſtip. c. 7. concluſ. 9.* Giph. *hic num. 7. & 8.* Hinc evenit, ut furioſus nec ex delicto,

Digitized by Google

licto, *l.3. §.1. ff. de injur.* quamvis atroci puniatur, *l. ſed etſi quemcunq;. §.2. ff. ad L. Aquil. ibi, in eo culpa non eſt, cùm ſuæ mentis non ſit. & l. Divus. ff. de offic. præſid. ibi, cùm ſatis ipſo furore puniatur.* Sturtius *hic num.16.* Regulariter igitur, uti nec ex delicto, ita nec ex contractu furioſus obligatur. Excipiuntur tres caſus, quibus ex contractu obligatur: I. ubi ex re actio naſcitur. II. ubi ſui heredis exiſtentia aliud admittit. III. ubi aliud juris ratio & autoritas ſuadet. Quibus obſervatis, non obſtare quis facilè cognoverit *l. ſi à furioſo. l. furioſus. ff. de oblig. & act. pr, Inſtit. de nupt. l. ſi furioſi. C. eodem. l. tam dementis. C. de Epiſc. audient. l.2. §. voluntatem. ff. ſol. matr. l.2. ff. de condict. furt. l. is cui 6. ff. de verb. obl. l. apud Julian. in fin. cum l. ſeq. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* Gœd. *d.l. n.115. & 116.* Quas ll. prolixè aliâs conciliat Sturt. *d. loc. num.11.12.13.14.15. & 22.*

Pupillus] Is cùm aut infans ſit, aut infantiæ proximus aut pubertati proximus, de quo Juriſconſultus hîc loquatur, haud immeritò quis addubitet. Infantem non intelligit; quia plenum animi affectum non habet, nihilque à furioſo differt, *§. pupillus. Inſtit. de inutil. ſtip.* ideoque, inſtar furioſi, in jus non vocatur. *l.4. in pr. ff. de in jus voc.* poſſeſſionē non perdit. *l. quod infans 60. de rei vind.* in pœnam delicti non incidit. *l. infans ad l. Cornel. de ſicar.* Philip. Matth. *hic. nu.6. 7. & 8.* Sturt. *n.24.* Herm. Vultej. *lib.1. diſcept. c.16. pag. mihi 157. lat. ſec. ver. De infante verò nemo dubitavit unquā &c.* Gœdd. *d. loc. concl.12. n.170. 171. & 172. & concl.9. n.10.* Diſſ. Hippolyt. à Collib. *hic p.27. & 28.* Non obſtat quòd Juriſconſultus loquatur de iis qui fari poſſunt; Certum autē ſit, infantes, id eſt, minores 7. annis fari quoque poſſe. Reſp. enim, etſi infans interdū fari poſſit, tamen illud ipſum, quod fatur, non tantùm ipſe nō intelligit, ſed nec ab aliis intelligi apertè poteſt, cùm verba ejus ſint imperfecta, mutila, diſtorta, ac proinde non magis ſcire vel diſcernere poſſit quàm furioſus, *l. pupillus 9. ff. de acq. vel am. hered.* Phil. Matth. *hic n.10.* & Gœdd. *d. concl.12. n.173.* Qui infantiam exceſſerunt, dixi, eſſe vel infantię proximos, vel pubertati, omnes tutore autore, non ſine eo, cùm paris conditionis ſint, ut oſtendit Gœdd. *d. loc. n.174. 175. 176. 177. 178. & 180.* obligari poſſunt. Eos itaq; omnes JCtus hîc intelligit.

Quæſtio I. An furioſus propter delictum commiſſum puniri debeat? Diſting.

Aut enim delictum commiſit in furore, & ,ut ſupra quoq; dixi, puniri nō debet, quia fati infelicitas eum excuſat. *l. infans 12. ff. ad l. Corn. de ſic.* Phil. Matth. *n. 8. hic.* Gœdd. *d. loc. concl. 9. n. 117. uſq; ad fin.* Clar. *lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 60. n. 7. & 8.* Covar. *in Clem. furioſ. de homic.* Diſſ. Hier. Franc. Duar. *ad l. h. n. circa fin.* Steph. Forcat. *dialog. 33. nu. 1. & 2. Necyom.* contendens, in ipſo furore delinquentem puniri oportere; eos refutat Gœdd. *d. loc.* Aut delictum commiſit, antequam furore correptus fuit, & durante etiam furore, puniri poteſt. Id quod probatur I. per text. *in l. Divus Marcus. ff. de offic. præſid.* cujus ſenſus hic eſt; Si verò, ut asſolet, intervallis quibusdā ſenſu ſanior eſt, & fortè eo momento ſcelus admiſerit, morbo ejus non eſſe dandam veniam. II. Quia ceſſat omnis ratio defenſionis & excuſationis, cùm tēpore habili & ſanâ mente præditus deliquerit. III. Quia in pœnis delictorum ſemper attenditur, qualis conditio rei fuerit tempore admiſſi criminis, nō verò, quæ conditio fuerit tempore dicendæ ſententiæ, *l. 1. ff. de pœn. l. injuriarum 21. ff. de injur.* IV. Quia deciſum extat *in l. ult. §. ſed cùm antiquitus. C. de curat. furioſ.* quòd ſi filius commiſerit aliquam cauſam ingratitudinis & poſt tempus furere cœperit, nihilominus exhæredari poſſit, qui furioſus eſt, quia ſanus deliquit. Ludov. Rom. *in l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Gomez. *lib. 3. var. reſolut. cap. 1.* Dec. *hic.* & Cagnol. *nu. 3.* Hippol. à Collib. *pag. 29. hic.* Vaud. *libr. 2. quæſt. 7.* Fachinæ. *libr. 9. controv. cap. 3.* Bronch. *cent. 2. aſſert. 69. miſcell. controv.* Verùm communior ſententia eſt; ſi quis poſt delictum commiſſum efficiatur furioſus, nō debere puniri pœnâ corporali, ſed in bonis, hoc eſt, vel publicatione bonorum, vel aliâ pecuniariâ pœnâ pro delicti qualitate. Ita Baldus, Alexander & Jaſon *in d. l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Tiraqu. *de pœn. leg. cauſ. 3.* Didac. Covar. *in Clement. furioſus in 3. part. in initio n. 2. de homicidio.* Clarus *§. fin. q. 60.* Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. caſu 325. num. 12.* qui moventur hiſce rationibus. I. quia furioſus loco abſentis & quieſcentis eſt, *l. 2. §. furioſus. ff. de jure codic.* Sed abſens non poteſt condemnari pœnâ corporali, *l. ab-*

Digitized by Google

li, *l. abſentem. ff. de pœn.* Ergo nec furioſus. II. quia furioſus non poteſt dici de crimine confeſſus vel convictus, quia loco abſentis habetur. Conſtat autem, nõ debere quenquam condemnari, niſi crimen confeſſus vel de eo convictus ſit, *l. qui ſententiam. C. de pœn.* III. quia pœna corporalis ideo irrogatur, ut delinquens affligatur. Furioſus autem ſatis ipſo furore punitur. *d. l. divus. ff. de off. præſ.* quare non videtur afflictio alia eidem addenda. IV. argumento *l. ſtatuliber. ff. de quæſt. & l. moris. §. ultim. ff. de pœn.* Reſponſionem ad ſingula hæc objecta ſuggerunt ſuprà pro noſtrâ ſententiâ allati Juriſconſulti.

Quæſtio II. Furioſi dilucida intervalla habentis geſta, an in quiete, vel furore acta ſint, uter, reus vel actor probet?

De hac quæſtione tractatur per Dd. *in d. l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ. & c. cum dilectus, de ſucc. ab inteſt.* Speculatoris *in tit. de probat. §. 1. verſ. pone, quidã erat furioſus, &c.* ſententia eſt, quòd illi, qui fundat intentionẽ ſuam in furore, vel ſana mente, incumbat probatio alterutrius illarum qualitatum; ut ſi vellem infringere actum alicujus, qui tunc temporis erat demens, mihi incumbat probatio; vel ſi hęres inſtitutus petat ex teſtamento hęreditatem tanquam à ſano & non furioſo condito, tunc incumbat ipſi probatio *per l. eum qui dicit. ff. de probat.* Boër. *deciſ. 23. in 1. part.* Mynſ. *cent. 3. obſ. 77.* Sunt nonnulli autem, qui ajunt, propter pręcedentem furorem præſumi in furore geſtum eſſe, idq; communiter Canoniſtæ tradunt *in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* Alii malunt ex ipſo actu id colligendum eſſe, attendique debere qualitatem actus, an ſcilicet ſit conveniens homini ſanæ mentis, & præſumatur, quòd in quiete & tempore intervalli geſſerit, an contrà, & ſit ſecus: ita Bald. Angel. Fulgoſ. & Caſtrenſ. *in d. l. furioſum.* Imola *in l. qui teſtamento. §. nec furioſus. ff. de teſtam. & in l. 1. in fin. ff. de verb. obl.* Bartol. Socin. *conſil. 42. libr. 1.* Et hanc ſententiam poſteriorem, ut veriorem, ſecutos eſſe dominos Camerales, teſtatur Mynſ. *cent. 2. obſervat. 41.*

Quæſtio III. An ſtupidi & mentis obtuſioris homines, item Melancholici, furioſis comparandi

ſint,& contrahere teſtarique,vel etiam ob delicta puniri poſſint?

Priores illos quod attinet,rectè monent,qui diverſum in his,quàm furioſis,jus ſtatuunt?Petrus Heigius *part.2.quæſt.28.nu.28.* Et proinde illos & contrahere & teſtari poſſe,ajunt,cùm non planè intellectu careant,ſed obtuſior,& ſtupidior aliquando mens exiſtat,quos Groſſos & Groſſolanos interpp.appellant;ſuntq; planè medii inter prudentes & dementes,i.e.qui nec totâ mente præditi,nec totâ rurſus ſunt privati. Decius *in l.furioſi 40.infrà h.t.* Vigl.*in §.item furioſi.num.2.& ſeq. Inſtit.quibus non eſt permiſſ.fac.teſt.* Stephan. Forcat.*in dial.33.* Cephal.*conſil.546.num.49.libr.4.* Bonif. Ruger.*conſil.35.num.28. & ſeq.libr.1.* Sic nec melancholici regulariter inter inſanos referendi ſunt;Heig.*d.loc.num.27.* quandoq; tamen ordinem delirantium implent,*nu.39. & num.41.* Ideoque diſcretione judicis opus eſt,idem ibidem *num.37.& num.40.* Non ſemper igitur ob delicta commiſſa à pœnâ excuſandi,nec à negotiatione & teſtamentorum confectione arcendi ſunt,idem *num.31. & 33.* Aliquando tamen à pœnâ excuſantur, Bertazzol.*conſil.228.v.5.* Sfort. Oddus *conſ.93.n.25.*

Quæſtio IV. Quis infans,& infantiæ proximus, & quamdiu,dicatur?

Infans eſt,qui ſeptimum ætatis annum nondum exceſſit, *l.ſi infanti. C.de jur.delib.l.1.§.ſufficit.ff. de adminiſtraſ. tut.* Menoch.*de arbitr.judic.quæſt.lib.2.caſ.57.n.9.10.11.* Gœdd. *d.concl.12.n.183.* Infantiæ proximus,qui ſeptimum annum abſolvit,& octavum ingreſſus eſt.*§.pupillus.& ibi* Mynſing. Cujac. *Inſt.de inutil.ſtip.* Menoch. & Gœdd. *d.l.num.184.* Quamdiu autem dicatur infantię proximus,& incipiat pubertati proximus fieri,vehementer controverſum eſt. Ego totum hoc judicis arbitrio,inſpectis locorum moribus perſonęq; circumſtantiis & regionis naturâ,relinquendum arbitror. Nam cùm unius temperamentum ſit præſtantius, alterius deterius,& naturæ regionum varient,& citiùs in hac,tardiùs in illa cæli plaga pubeſcant humana corpora; ejus arbitrio permittetur æſtimare ex variis circumſtantiis, quo loco quisq; pubes habendus; (Sic Galli,ſi 20. ſunt an-

norum

Digitized by Google

norum majores ſe eſſe jactitant, collatione factâ cũ Belgis Germanis 25. annos habentibus, ut autor eſt Bodinus *in lib. de Rep.*) Tuentur hanc ſententiã Menoch. *d. loc. n. 44.* Coraſ. *lib. 6. miſcell. c. 23.* Vigl. *ad §. teſtes. n. 11. & 12. Inſt. de teſt.* quos ſequitur Gœdd. *d. loc. n. 204. & ſeqq.* Sturt. *hîc ad n. 26. in fin.* Pet. Heig *ad §. 9. n. fin. Inſt. de inutil. ſtip.* Phil. Matth. *ad l. 108. n. 40. infr. h. t.* Diſſ. Dd. variè, Rob. *lib. 3. animad. cap. 23. & 3. notar. cap. 23.* qui pubertati proximum, reverà puberem eſſe aſſerit. Cujac. *lib. 17. obſ. 4. in fin. & ad l. non tantùm. ff. de excuſat. tut.* Oldend. *de uſucap. tit. de ætat. homin. n. 2.* qui pubertati proximum eſſe dicunt eum, qui propè ad pubertatem acceſſit, & brevi, nempe intra ſemeſtre eam aſſequetur. Bart. *ad l. pupillum 111. infr. h. t. & ibid.* Cagnol. Donell. *in l. ſi pupillus 127. n. 10. ff. de V. O.* Hippol. à Collib. & Hotom. *hîc.* Qui tempus ab infantia finita, hoc eſt, à ſeptimo ætatis anno completo, uſq; ad annũ pubertati definitum, in duas æquales partes ſecant, quarũ primam tribuunt infantiæ proximis, alteram pubertati proximis. Haſce opiniones accuratè examinat & refellit Gœdd. *d. loc. à n. 187. uſq; ad n. 204.*

Quæſtio V. An pupillus ſine tutore ſuo obligetur naturaliter? Neg. niſi factus fuerit locupletior.

Regulariter pupillum ſine tutoris ſui autoritate non obligari, ne naturaliter quidem, probatur ex text. expreſſo *in l. quod pupillus 41. ff. de condict. indeb. l. pupillus 59. ff. de obl. & act.* Ratio eſt; quia in contrahendo conſenſus deſideratur, *l. 1. 2. 3. ff. de oblig. & act. l. 1. ff. de pact.* In pupillis autem conſenſus non eſt; & ſi quis eſſet, is tamen imperfectus foret, quòd ante pubertatem per naturæ ordinem nequeat judicium animi cenſeri perfectum, ob imperfectionem humorum, eorumq; indigeſtum temperamentũ: tum quòd ætate indies aucta augeantur & amplificentur, & ad juſtam proportionem deducantur etiam ipſa corpora organica: priusquam verò hæc ad juſtam ſuam magnitudinẽ & temperamentum perveniãt, nequit animus munia in iis ſua rectè & perfectè obire. Cæterùm (quomodo locupletior factus pupillus probetur, docet Fachin. *lib. 2. controv. c. 45.*) limitatio ſive exceptio quæſtionis hujus comprobatur ex *l. 3. §.*

14.ff.de negot.geſt.l.3.ff.com.l.5. verſ.naturaliter tamen obligabitur. & §.1. verſ. niſi in quantum locupletior.ff. de autor. tut.l.furioſus 46.ff.de action. & obligat. l.naturaliter 13.§.1. & ll.ſeqq.ff.de cond.indeb.l.1.§.an in pupillum.verſic.nam.& in quantum.ff.depoſ. Atque ita ſentio cum Jac.Cujac. *in l.ſi pupillus 127. ff. de verb. obl. & lib.17. obſ.4.* Pac.*cent.4.q.10.* Herman.Vult.*lib.1.diſc.c.16.* Gœdd.*d.loc.n.112.& ſeq.* Phil. Matth.*ad l.h.n.*Sturt.*n.32.* Giphanio *hic.n.10.& ad pr.Inſt. de autor.tut.* Borch.*de reb.cred.c.3.uſq; ad nu.21.*Hippolyt.à Coll.*ad d.l.88.infrà h.t.* El.Rob.*diſp.5.ad Inſtit.th.3.*Guilh. Forſt.*in tract.de pact.c.5.*Erneſt.Cothm.*diſp.11.ad Inſtit.coron.2.* Diſſ.Dd. variè,quos refert & refutat Vult.*d.loc.* Diſſ. quoq; Donell.*in d.l.127.* diſtinguens inter obligationem in rem & perſonam.Eandem ſententiã amplectitur Pet.Heig. *ad §.9.Inſtit.de inutil.ſtip.* Arumæ.*diſp.3.ad Inſtit.Exerc.10. & diſput.12.Exerc.6.*Conſequens igitur eſt,meliorem quidem conditionẽ licere pupillo facere;deteriorem verò non aliter quàm cum tutoris autoritate,*pr.Inſt.de aut.tut.* Hinc feudum vetus pupillus etiam,ſine tutore autore renovare poteſt,*cap.ibi,qua de veteri fit,etiam à minori fieri poteſt. per quos fiat inveſt.& ibi* Jacob.de Belviſ.Zaſ.*p.5.nu.37.*Roſenth.*in Synopſ.cap.3.concluſ.8.*Vultej.*cap.3.nu.7.*Borch.*c.5. n.45.*Nihil enim per renovationem feudi alienat,ſed quod à parentibus alienatum fuit, approbat: proinde conditionem ſuam deteriorem non reddit,neq; etiam metus eſt,ut deterior reddatur:ſiquidem ex obligatione ſuorum anteceſſorum & diſpoſitione juris feudalis ad renovationem faciendam tenetur,adeò ut ſi eam facere detrectet,eo nomine cogi poſſit. Imò meliorem ſuam conditionem facit, quia vaſallus à pupillo inveſtitus,præſtat pupillo fidelitatis juramentum,quo conditio ipſius melioratur. Diſſ.Hotom. *in d.c. & diſp.feud.c.31.* Duar.*c.6.n.10.*Sonsb.*p.6.n.19.*quos bene refutat Vultej.*d.loc.*

Quæſtio VI. Utrùm pubes minor 25. annis ſine curatore ſuo obligari poſſit? Affir.

Per *l.puberes 101.ff.de V.O.*Cujus rei ratio hæc eſt: Curator rei,non perſonæ datur,ut tutor,*§.4.Inſt.qui teſt.tut.dar.* Atqui obligatio jus non rei,ſed perſonæ eſt,& à perſona ſola de-

la dependet. Ergo curatoris, quò ad obligandũ ſeu contrahendum, conſenſu opus non eſt. Aſſumptio manifeſta eſt ex *pr. Inſt. de obl. & l. 4. ff. de oblig. & act.* At, inquies, obligatio ſic erit ſine effectu, quod monſtroſum videtur. Res certè facilis eſt. Non enim ſequitur: Effectus impeditur. Ergo nullus effectus eſt vel futurus eſt. Quilibet rerũ ſuarum moderator eſt & arbiter, *l. in re mandata. C. mand.* Nihilominus tamen multę reperiuntur in jure noſtro perſonæ res ſuas alienare prohibitæ. An idcirco impedito ex prohibitione legis dominii effectu, effectus vel cauſa ſaltem effectus, videlicet dominium, nullus vel nulla fuerit? Inſuper ſic ipſe Juriſconſultus Paulus argumentatur *in l. ſciendũ 20. ff. de rit. nupt.* In iis curatoris conſenſus requiritur, quæ rerum concernunt adminiſtrationem. Atqui jus contrahendi, rerum negotiorumque adminiſtrationem non concernit. Ergo quò ad jus obligandi, curatoris conſenſu opus non eſt. Proinde filia minor impunè ſine eo nubere ſuo arbitrio poteſt. Atq; ita ſentiunt Matth. Weſ. *ad rubr. Inſt. de aut. tut.* Vult. *lib. 1. diſcept. cap. 16.* Borch. *de jurejur. c. 3. n. 29.* Fachin. *libr. 3. controv. c. 9.* Bronch. *cent. 1. aſſert. 33.* Phil. Matth. *ad l. 2. §. 1. n. 14. ſuprà h. t. n.* Cuja. *ad l. 101. ff. de verb. obl.* Giphan. *ad pr. Inſt. de curat. in comment.* Oleman. *diſp. 6. ad Inſtit. n. 25. in object. & reſol.* Diſſ. Donel. & Duar. *ad d. l. 101. ff. de V. O.* & poſt eos per plurimas rationes Gœdd. *in tr. de contrah. ſtip. cap. 7. concluſ. 14. per tot. & ad l. 21. ff. de V. S.* Niell. *in diſput. Feudali 2. th. 4.* Guilh. Forſt. *in tr. de pact. c. 5. pag. 103. & ſeqq. & in diſp. 5. ad Inſt. th. 1.* & Joh. Ferrar. *hic pag. mihi 46.*

Lex 6.

Non vult heres eſſe] Hereditas duobus modis acquiritur: Adeundo, aut pro herede gerendo. Adire autem eſt profiteri ſe velle heredem eſſe, ſeu nudam voluntatem ſuſcipiendę hereditatis declarare. Pro herede gerere, eſt in reb. ad hereditatem aut jus heredis pertinentibus aliquid tanquam heredem & dominum facere. *§. fin. Inſt. de her. qual. & diff.* Adire igitur eſt nudæ volũtatis: pro herede gerere, facti & velut adminiſtrationis. Adire apertam profeſſionẽ habet de ſuſcipienda hereditate: pro herede gerere nullam, ſed ſolum factum, ex quo ratiocinando animus heredis de acquirenda hereditate colligitur. Eleganter ita Donell. *lib. 7. com. jur.*

Digitized by Google

civ.cap.8.pag.139.nu.marg.20. & 30. Et adire hereditatem nudæ voluntatis eſſe, probat pluribus Fachin.*lib.6.controv. cap.50.* Jam quæritur: Utrùm quemadmodum nudâ voluntate acquiritur, ita eâdem etiam amittatur ſive repudietur hereditas. Reſpondet *in h.l.6.* Juriſconſult⁹ Ulpianus, quòd ſic. Non, inquit, vult heres eſſe, qui ad alium transferre voluit hereditatẽ. Ex caſu ſequenti res eſt ſole clarior: Titius heres ſcriptus cùm eſſet, declaravit, hoc eſt, profeſſus eſt, ſe hereditatem ad alium transferre velle, ad ſubſtitutum nempe vel legitimum heredem ab inteſtato inſtitutũ, & tamen ſervos hereditarios & hereditaria jumenta aut pavit aut distraxit, vel fundos ędésve locavit, aut fulſit, aut quid aliud fecit; quæritur, an hoc facto pro herede gerere videatur, hoc eſt, an hoc facto cenſeatur velle heres eſſe? Reſpondetur, quia id eo animo, quaſi pro herede gereret, non fecit, ſed potiùs ut vel inſtituto vel legitimo proſpiceret, in ea cauſa eſſe, ut pro herede non geſſerit. Non vult, inquit hîc Ulpianus, heres eſſe, hoc eſt, non præſumitur adire hereditatem velle eum, qui ad alium transferre voluit, quia nondum translata reverà fuit, ſed ſolummodò voluntatem ſuam, hoc eſt, animum declaravit, quod ſufficit, *l.20. ff. de acq. her. l.1. & 2. C. de repud. hered.* Ita Hippolyt. à Collib. *in fin. hic* ex Fr. Hotomanno. Faciunt ea quę tradit Donel. *d.lib.7.cap.7. pag.137.n.marg.10.* & Fach. *d.l.6.c.49.* & Johan. Ferrat. *hic in comm. circa fin.* Non obſtat huic regulæ; quòd qui in alium hereditatem transferre vult, neceſſe ſit, ut ipſe heres priùs factus ſit; quia id transferre dicimur, quod perfectè eſt noſtrum, *l. id quod noſtrum, infrà h.t.* Reſpon. transferri hîc jus acquirendi hereditatem; Sturt. *hîc nu.10.* ubi *nu.11.* ad aliud contrarium reſpondet, quod rectiùs diſſolvit tacitè Philip. Matthæ. *num.10. hic.* Ad declarationem hujus Regulæ pertinet quæſtio, Illéne heres inſtitutus videatur pro herede ſe gerere, an verò hereditatem repudiare, qui pretium hereditatis omittendæ causâ cepit? Hæc quæſtio movetur *in l.24. ff. de acq. her. l.2. ff. Si quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Et ejus deciſionis ratio eſt *in l. qui pretio. ff. de mort. cauſ. donat.* quæ leges eandem cum hac lege inſcriptionem habent (Ulpianus *libr.7. ad* Sabinum) ut dubium non ſit, ad eandem quæſtionem hanc quoque legem pertinere; Giphanius in utramque

tramq; partem eam quæſtionem hîc diſputat,& poſterius affirmat.

Lex 7.

Jus noſtrum non patitur] Ratio I. Quia abſurdum eſt,ut una eademq; res diverſo jure cenſeatur,*l.eum qui ædes 23. ff.de uſucap*. Heres autem cum defuncto una eademq; perſona cenſetur,*§.1.auth.de jurej.à mort.præſt.* II.Quia hereditas res individua eſt,*l. Pomponius 8.ff.de rei vind.* (Gœdd. *in tract.de contrah.ſtipul.cap.6.n.302.*)adeoq; unius defuncti perſonam repræſentat, *§.ſervus etiam alienus.Inſtit.de hered.inſt*. ideoq; diverſum ſucceſſionis genus ſortiri non poteſt,ita videlicet,ut pro parte teſtatorem referat,pro parte non referat,Sturt.*hîc nu.8.* & Weſenb. Hippol.à Collib. Hermannus Vultej.*ad § hereditas.num.7. Inſtit. de her.inſt.* Philip.Matth.*in pr.hîc.*Jul.Pacius *cent.3.q.80.*Bronch.*cent. 3.aſſert.25.* Non obſtat I. *l.Papinian.8.§.5.ff.de inoff.teſtam.* Reſpon.Id,quod in illa l. aſſeritur,ex poſtfacto accidit,nimirum ut teſtamentũ pro parte per querelam inofficioſi reſcindatur. Ab initio enim teſtator de omnibus bonis teſtatus fuerat,gloſſ. Br. Dec.Cagnol. Giphan.*hîc.* Pac. & Vult. *d.loc.* II. Non obſtat *l.2. C.de nat.lib.de qua vide* Bronch. *in fin. d. l.* III. Non obſtat *l. quoties 9.§.ſi duo.ff.de hered. inſt.* ubi traditur, quòd valeat inſtitutio heredis in rebus certis, quando teſtatoris voluntas manifeſtè ſuffragatur. Reſpondet Bronch.*d.loc.* quòd hoc fiat ideo,quia teſtator jus accreſcendi prohibere poſſit. Verùm id falſum eſſe,longeque alium iſtius l. ſenſum eſſe,paulò pòſt demonſtrabo. IV. Non obſtat *l.ſi is qui.ff.de vulg.ſubſtit.* ut oſtendit Sturtius *hic num.15.* V. Nihil movet *l.ſi certarum.ff.de teſtam. mil.& l.ſicut certi.C.eod.*Reſpon.enim,quòd milites ex privilegio ſingulariter ſibi indulto,hoc facere poſſint,ut pro parte teſtati,pro parte inteſtati decedant. Cæterùm hæc regula noſtra non tantùm vera eſt reſpectù bonorum,ſed etiam reſpectu temporis. Heres enim,neq; ex certo tempore, neq; ad certum tempus inſtitui poteſt,*l.hereditas 34.ff.de her.inſt.§.heres.Inſtit.eod.*& quia qui ſemel heres factus eſt, non poteſt deſinere eſſe heres,*l.ei qui 89.ff.d.t.*Bronch.*cent. 3.aſſ.31.*qui ad ll.contrarias,*l. in tempus 62.ff.d.t.& l.poteſt 56.eodem.* reſpondet.

Digitized by Google

Quæſtio I. Utrùm teſtator jus accreſcendi prohibere, atq; ita efficere poſſit, ut ex parte aliquis teſtatus, ex parte inteſtatus decedat? Neg.

I. arg. *l.h.n.* deinde quia nemo poteſt in teſtamento ſuo cavere, ne leges in eo locũ habeant, *l. nemo 55. ff. de legat. 1.* Tertiò *per l. 36. & l. 74. ff. de hered. Inſtit.* Vult. *d. loc. n. 8. & 9. & in tr. de ult. volunt. p. 222. & ſeq.* Sturt. *hîc num. 5.* Philip. Matth. *n. 7.* Clar. *in §. teſtamentum, q. 75. n. 3. in fin.* Petr. Gregor. *in ſyntag. lib. 18. c. 11. n. 15.* Duaren. *lib. 1. de jur. accreſc. c. 2.* Guilh. Forſt. *diſp. 12. ad Inſtit. th. 25.* Diſſ. Bart. *in l. 9. §. 13. n. 1. ff. de her. inſt.* Gomez. *lib. 1. var. reſolut. c. 10. n. 10.* quos ſequitur noviſſimè Bronch. *cent. 3. aſſert. 25. ibi.* Secundò obſtat, *per d. l. 9.* Verùm reſpondeo, id quod volunt, l. illam non aſſerere. Breviter ſententia ejus eſt: Quòd ſi partes in univerſa hereditate à teſtatore aſſignatæ ſunt, heredes æquis partibus inſtituti intelligantur; Si verò voluntas teſtatoris refragetur, hoc eſt, ſi partes à teſtatore aſſignatæ ſunt & quidem inæquales, ex iis ob expreſſam defuncti voluntatem ſuccedere debeant. Id verò dum fit, defunctus pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus non decedit; ſed tantùm teſtatus. Aſſignaverat quidem teſtator partes in re certa; ſed quia in re certa inſtitutio non valet, Anton. Faber *p. 1. err. pragm. decad. 15. err. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & decad. 14. err. 6.* ſed ita inſtituti in omnibus rebus hereditariis inſtituti intelliguntur, *l. 1. §. 4. ff. de her. inſtit.* ac ſi nullius rei certæ mentio in teſtamento facta fuiſſet; ideo, inquam, æqualiter in caſu *d. l. 9.* heredes ſuccedunt. Si enim teſtator in univerſa hereditate eos inæqualiter inſtituiſſet, ex inæqualibus quoque partibus heredes ſucceſſiſſent; Idque volunt verba illa: Si modò voluntas patrisfamiliâs manifeſtiſſimè non refragetur. Ita ferè Fach. *lib. 4. controv. c. 15. in fine.*

Quæſtio II. Utrùm inteſtatus is quoq; dicatur, qui teſtamenti factionem activam non habet, veluti, impubes, furioſus, prodigus? Aff.

Per *l. omnem. C. ad SCtum Tertull. l. 2. §. impuberem. l. ſi mater. §. 23. ff. eod. l. ſciant. C. de legit. hered. l. pater filiam 14. §. ult. ff. ad L. Falci.* Ratio: quia privatio ita præſupponit habitum,

bitum,

bitum, ut ſufficiat habitum potentiâ adeſſe, licet actu non adſit. Eberhard. à Middelburg. *in loc. legal. à priv. ad hab. n. 1. & 5.* Atqui in his potentia teſtandi ineſt, ut remoto obſtaculo ætatis, morbi, interdicti, cum effectu teſtentur. Ergo reſpectu potentiæ iſtius, in iis præſupponitur habitus, ac proinde privatio videlicet, quòd inteſtati ſint, rectè de iisdẽ dicitur. In ſtatutis igitur inteſtatorũ appellatione hos contineri, quis dubitat? Bart. *in l. 1. in pr. ff. de ſuis & legit. hered.* Valent. Forſt. *lib. 3. de ſucc. c. 4.* Eman. Soarez. *in theſau. com. opin. lit. T. num. 166.* Petr. Heig. *ad lib. 3. Inſtit. Jur. de ſucceſſ. ab inteſt. cap. 1. num. 3. & 4.* Gœdd. *ad l. 64. num. 4. ff. de V. S.* Diſſent. multi à Forſter. & Gœdd. *d. loc. allegati.* Non obſtat, quòd verba ſtatutorum propriè & ſtrictè ſint accipienda. Id enim falſum eſſe rectè docent. *argum. l. ſcire. ff. de leg.* Ferret. *in rubr. ff. de verb. obl. n. 6. & 7.* Duar. *ad l. 3. in pr. ff. de acquir. poſſeſſ.* quos ſequitur Niellus *in diſput. feud. 4. theſ. 2. lit. D.*

DISPUTATIO III.

QUA ENUCLEATUR L. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.

Habita à

JOHANNE FASIO CRONACHENSI FRANCO.

Lex 8.

JURA *ſanguinis*] Non conſanguinitatis; hęc enim Jura Civilia ſunt. Differt igitur jus ſanguinis & conſanguinitatis; probatur I. *per §. vulgò quæſitos. Inſtit. de ſucc. cognat.* ubi agnationis ſpecies vocatur conſanguinitas. II. *per §. 1. Inſtit. de leg. agnat. tut.* ubi jus conſanguinitatis, & jus agnationis promiſcuè accipitur. III. *per l. 4. ff. und. cogn.* ubi eadem ad agnationem refertur. Sturt. *hîc n. 2.* Hippol. à Collib. Philip. Matth. Cujac. *lib. 11. obſerv. 26.*

Nullo Jure Civili dirimi] Ratio aſſignatur *in §. pen. ibi, divina quadam providentiâ, conſtituta. Inſtit. de* J. N. G. &

Digitized by Google

C. ubi in comment. ſuo prolixè Herman. Vultej. Non obſtat *§. fin. Inſtit. de legit. agnat. tut. l. 3. & l. 7. ff. und. cogn.* ubi mediâ & maximâ capitis diminutione, quæ Juris Civilis eſt, cognatio naturalis tolli dicitur. Reſp. Civilia utcunq; non poſſint tollere jus naturale, ipſius tamen effectus & officia impediunt: & quamvis nullâ lege effici poſſit, ut, qui pater vel frater eſt, deſinat eſſe pater vel frater; hoc tamen jus civile poteſt, ne frater fratri, aut pater filio ſuccedat: Mynſ. *ad d. §. fin. & ibid.* Weſenb. Hippol. à Collib. *hic in fin.* Philip. Matth. *num. 9. & 10.* Secundò non obſtat *l. 19. ff. de reb. dub.* Hippolytus enim putat cum Donello, legem illam de jure civili intelligi non poſſe, hoc eſt, de ſanguinis communione, ſed de cognatione civili. Plura contraria diſſolvit Sturtius *n. 25. uſq; ad fin. hic.*

Quæſtio I. Utrùm peccent contra hanc regulam matres illæ nobiles & illuſtres, quæ proprios lactare liberos, dedecori ſibi exiſtimant? Affir.

I. Per *pr. Inſtit. de* J. *N. G. & C.* II. Si bruta quoque hoc jus natura docuit, quantò magis id ſequentur homines? Urſæ, leænæ, tigres, hoc naturæ officium natis ſuis non denegant, puderet ergo matres, ſi idipſum præſtent? III. Quia natura ideo ubera lacte diſtenta dedit, ut eodem ſuos infantes alant. IV. Quia affectio major eſt erga prolem in matre, quàm in nutrice. V. Quia cum lacte, cujus mutatio aliâs periculoſa, ſæpe peſſimi mores ex uberibus hauriuntur. Et VI. Quia Jus Civile etiam matrem triennium prolem ſuam lactare jubet, *l. pen.* & ibi Gothofr. *C. de pat. pot.* Henric. Bocer. *claſſ. 1. diſput. 1. th. 10.* Lambertus Danæus *lib. 2. Polit. Chriſt. cap. ult. pag. 138.* Vide utramq; in partem Johan. Caſum *lib. 7. Polit. cap. 17.* Antonium Guevaram in Horologio principum *lib. 2. cap. 18. & 19.* & diſputationem meam *1. illuſtrium controverſiarum ad Inſtit. jur. quæſt. 9.*

Quæſtio II. Utrùm contra ſententiam hujus regulæ faciat vaſallus, ſi domino contra patrem auxilium ferat? Neg.

Per text.

Per textum expreſſum *in c.un.§.fin.hic fin.lex.* Atqui repugnat, inquies, honeſtas naturalis & reverentia. Verùm reſp. deberi parentib. eam à liberis, niſi contra jus naturæ parentes peccent. Sed pater dominum vaſalli injuſtè offendens, agit contra jus naturale, quo hominē ab homine beneficio affici potiùs quàm offendi & lædi æquum eſt, eamque ob cauſam ipſe indignus eſſe cenſetur, qui contra jus naturale agens, beneficium juris naturalis expectet. Vultej. *lib.1.de feud.c.10.n.33.* Herm.Kichner.*orat.Marpurg.8.* Diſſ. Alvar. Schenck. Bald. Cuja. Hotom. *ad d.c.un.§.fin.* qui textum illum emendant: Eorum rationes recenſet & deducit Herm.Kirchn.*d.loc.orat.7.per tot.*

Lex 9.

Semper in obſcuris] Concordat *cap.in obſcuris.de R.Jur. in 6.* & ſatis aperta ſeu perſpicua eſt regulæ hujus ſententia collatis tituli hujus legibus ſequentibus, *l.12.l.34.l.56.l.67. l.96.l.114.l.168. & l.172.* Ex quibus patet, obtinere eam in contractibus, *d.l.34. & l.172.* in teſtamentis, *d.l.12.* in judicum ſententiis, in legum interpretatione, & denique in delictis, cùm cæteræ ſuperiores omnes ferè loquantur generaliter de judicum ſententiis; textus ſpecialis eſt *in l.diem proferre 27.§.ſi plures.verſic.inde quæritur.ff.de recept.arbit. in l.inter pares 38.§.1.ff. de re judic. de delictis.text.eſt in l.ſi præſes 32.& l.42.ff.de pœn.* Petr.Fab. *hic nu.15. & 16.* Philip. Matth.*hic.nu.20.* Ratio, cur in contractibus regula procedat, hæc eſt, quia contractus & conventiones non valent, niſi ex conſenſu utriusque partis, *l.1.ff.adeò.ff.de pact.* In dubio autem nemo creditur conſenſiſſe in id, quod ſibi noçet, cùm ſuum jactare nemo præſumatur, *l.cùm de indebito 25. ff. de probat.* Ergo in dubio, in obſcuro id accipiendum quod minimum, quod benignius, quod utilius. Pacius *cent. 2.q.7.pag.126.verſ.opp. quia &c.* In delictis cur obtineat, ratio eſt, quia pœnæ molliendæ potiùs quàm exaſperandæ ſunt, *d.l.32.& 42.ff.de pœn.* Ad humanitatem enim magis quàm ad ſeveritatem nati facti eſſe videmur. Cicer. *in orat.pro Ligar.* Philip. Matth.*n.21* Diſſ.Petr.Fab.*num.16.hic.* In judicum ſententiis & legum interpretatione, cur locum habeat, ratio eſt, Quia maximè in jure æquitas ſpectanda eſt, *l.90.infr.h.t.l.placuit.C.de jud.* in qua l.Imp.dicit, quòd

judex in omnibus æquitatis & juſtitiæ magis quàm ſtricti juris rationem habere debet. Iſti l. non obſtat *l. proſpexit 12. ff. qui & ex quib. cauſ. man.* ut declarat Bronch. *cent. 1. aſſ. 5.* Fachin. *lib. 1. c. 3.* Cothm. *diſp. 1. ad lib. 1. Inſt. jur. coron. 1.* Hubert. Giphan. *ad l. 90. circa fin. infra h. t.* Hinc eleganter Juriſconſultus *in l. 85. §. fin. infra h. t.* Quoties, inquit, æquitatem deſiderii naturalis ratio aut dubitatio juris moratur, juſtis decretis res temperanda eſt. Eleganter Philip. Matth. *hîc n. 36. usq; ad num. 53.* In ultimis voluntatibus ratio eſt, quòd in quo præjudicium verſatur alicujus, diſpoſitio minimè lædere debere videatur. Idq; ex natura beneficii, *c. un. in quib. cauſ. feud.* Sturt. *hîc num. 6.* Opponitur I. huic regulæ *l. Titia 38. §. Seja. ff. de au. & arg.* Reſpondet Cagnolus *hîc n. 10.* & poſt eum Sturt. *num. 7.* favore piarum cauſarum fieri, ut in dubio optimum relictum videatur. Alii verò textũ illius l. emendant. Decius *num. 6. hîc.* & poſt eum Philip. Matthæ. *num. 29. & 30.* cum Donello *in l. cùm in teſtamento 24. ff. de reb. dub.* Quàm rectè, videbimus. II. Oppon. *l. antiqui. ff. ſi pars. hered.* Reſp. Bronch. *cent. 4. aſſert. 99.* III. Opponitur *l. legato generaliter 37. ff. de legat. 1.* de qua vide Sturt. *nu. 11. hîc.* qui ibidem *num. 13. 14. & 15.* reſpondet quoq; *ad l. nuptura. ff. de jure dot. l. cùm poſt 69. §. gener. ff. eodem. & ad l. item Mela. §. ſed ſi plures. ff. ad L. Aquil.* Idem ibidem *num. 8.* conciliat *l. ſi is qui ducenta 13. ff. de reb. dub.* Porrò opponi poteſt huic regulæ *l. 12. h. t.* Vide Matth. *hîc nu. 31. 32. & 33.* & Hippolyt. à Collib. *part. 45.* qui dicit, Benignitatem in teſtamentis plerunq; mentem teſtatoris extendere, nonnunquam reſtringere. Utrumque exemplis bene declarat, & ad prius *d. l. 12.* ad poſterius hanc noſtram l. accommodat. Deniq; opponitur *l. etiam. ff. de uſufr. & l. nomen. ff. de V. S.* Reſpondet Petr. Fab. *hîc num. 8. & 9.*

Lex 10.

Secundùm naturam] Declaratur hæc regula *per l. 73. & l. 149. ff. h. t.* In priore dicitur: Quò tutela redit, eò hereditas pervenit. In poſteriore dicitur: Ex qua perſona quis lucrum capit, ejus factum præſtare debet. Aſſumo ego: Atqui ex contractu inſtitorum noſtrorum emolumenta percipimus. Ergo ut ex ipſorum etiam contractu conveniamur, æquitati con-

ti conſentaneum eſt, *l.1.ff.de inſtit.act.* Proponunt Reguliſtę hîc, inter alia infinita propè duo exempla, de quibus tamen inter Dd. non convenit. Unum in emptore eſt, qui, ut commodum, ita incommodum omne, & periculum ſentit & præſtat, Giphanius *hîc n.5.& 6.* Alterum in creditore eſt, cui, ſi valor monetæ augeatur, id emolumento eſt, quemadmodum diminutio ejus, detrimento ei foret, Sturt. *hîc n.6.* qui poſterius hoc exemplũ ita proponit ex Cravett. *conſil. 135.* & ex Dd. *in l. Paulus.ff.de ſolut.* Nos addimus aliud exemplum, quod eſt de his, qui propè ripas fluminum publicorum prędia & latifundia poſſident; Hi cùm easdem ripas munire cogantur, & non tantùm ſumtus hujus munitionis magnos, ſed & privatim damna non levia ſuſtinere, dum vi fluminis detrahi & diminui ſibi agros ſuos magno ſuo malo experiuntur, æquiſſimũ certè eſt, ut alio jure damna illa compenſentur, cùm nunquã contingat, ut aliquid flumen agro alicujus adjiciat, quin ſimul alterius agro tantundem detrahat, *l.un.§.3.ff.ne quid in flum.publ.l.1.2. & 3. C.de alluv.* Johan.Cephal. *conſ.130.num.16. & ſeq.* Petr.Heig. *lib.2. quæſt.ult.n.63.64.65.& 66.* Idem *ad §.23. Inſtit. de rer.diviſ.* Bart. *in tract.de alluv.verſ.jure gentium.* Johan.Garſias *in tract.de expenſ.& meliorat.cap.22.nu.42.* Baptiſta Aymus *in tract.de alluv.lib.1.cap.5.n.10.& lib.2.cap.8.n.1.* Decian. *reſponſ.123.n.72.* Regner.Sixtinus prolixè & eleganter *tom.2.conſilior. Marpurg. conſil.14.nu.87.88.89.90.91. & multis ſeqq.* De his exemplis quid verè ſit ſentiendum, pleniùs demonſtrabitur in quæſtionibus ſequentibus. Quatuor vel quinq; contraria, quæ regulæ huic objici ſolent, movet & removet etiam Sturt. *hic num.11.uſq; ad fin.*

Quæſtio I. Utrùm emptor, rę etiam nondum traditã, periculum ejus præſtare teneatur? Aff.

Per textum expreſſum *in §.cùm autem.Inſt.de empt.vend.* ubi ratio ſubjicitur, *l.5.§.1.ff. de reſcind.vend.l.ult.ff.de condict. ob cauſ.dat. l.venditor 2.§.9. & l.21.ff.de hered.vel act. vend.l.7.8.& 11.ff.de peric. & com.rei vend.l.Lucius.ff.de evict.l.ſi ſoluturus 39. de ſolut.* Pacius *cent.5. quæſt.8.* Gomez. *tom.2.variarum reſolut.cap.15.num.12.* Vultej. *Juriſpr.Rom. cap.9.nu.20.* Vincent.Cab. *lib.1.diſp.cap.25.* Bronch. *cent.2,*

Digitized by Google

aſſert.55. Diſſ.Jacob.Cujac.*in l.33.ff.locat.*& Bocer.*in com. ad l.contractus 23.ff. de R.J.c.4.n.7. per d.l 33.* exiſtimantes, re nondum traditâ periculum ad venditorem pertinere. Verùm ſententia illa manifeſtè confutatur per *d.§.cum autem.ibi,* tametſi adhuc ea res emptori tradita non ſit. *Inſtit. de empt.& l.fin.C.de per.& com.rei vend.* ubi Impp. reſcribunt, re ante traditionem peremptâ, emptorem pretii ſolutionem non rectè recuſare: multò ergo magis, ſi emptor pretium venditori ſolverit, ejus repetitio non erit. Quid igitur *ad d.l.33.* reſpondendum? Antonius Faber *lib.4. conject.c.4.*& poſt eum Bronch.*d.loc.* diſtinguit, An cauſa aliqua extrinſeca, an verò per rem ipſam venditam fiat, quò minùs tradi poſſit. Poſteriore, inquit, caſu cùm res ipſa præſtari non poſſit, quòd in rerum natura eſſe deſierit, periculum emptoris erit: Priore verò, erit venditoris periculum: veluti, ſi fundus publicatus ſit, vel ſervus furto ſubtractus. Verùm & hæc diſtinctio corruit *per d. §.cùm autem. Inſtit. de empt. verſic. Quòd ſi fugerit homo &c.* Eamque bene refutat Vincent.Cab.*d.loc.* Alii ideo putant periculum rei venditæ in *d.l.35.* ad venditorem ſpectare, quia vacuam rei poſſeſſionem emptori non præſtiterit: Sed & hæc conciliatio evertitur per ea, quæ tradit Donellus *lib.4.com. cap.19.* Venditor enim vacuam rei poſſeſſionem emptori præſtare non tenetur. Hedem.*diſp.28.th.70.* Diſſ.Connan. *lib.1 diſput.cap.8.*& Treutl.cum ſuis *diſput.28.vol.1.theſ.4. lit.G.* Niſi dicamus, venditorem in caſu *d.l.33.* ad vacuam rei venditæ poſſeſſionem transferendam ſe adſtrinxiſſe. Aliter rurſus *d.l.33.*conciliat Pacius *ſupr.allegat.loc.*putat enim fundum in *d.l.33.* publicatum fuiſſe propter delictum venditoris, proinde meritò periculum ad eum pertinere. Verùm ſi culpâ venditoris publicatus fuerit fundus, putarem venditorem teneri in id, quod emptoris intereſt, non ſimpliciter ad pretii reſtitutionem, (ut in caſu *d.l.33.ibi,* non etiam id præſtes, ſi quid pluris mea interſit &c.) quia per eum factum eſt, quò minùs fundus venditus emptori præſtaretur: Vincent.Cabot.*d.loc.in fin.* Deinde obſtant Pacio illa l. verba: *Quamvis per te non ſtet quò minùs id præſtes:* Quæ ſatis innuunt, fundum publicatum fuiſſe abſq; culpa venditoris. Ex variis igitur conciliationibus retinenda mihi vi-

hi vi-

Digitized by Google

hi videtur ea, quam adfert Vincent. Cabot. *d. loc.* Neſcio, inquit, an probabilius ſit, ſpeciale eſſe in publicatione, quòd per eam injuria poſſeſſori fiat, cui modicum, honoris causâ dari ſolitum, Ulpian. tradit in *l. item ſi verberatum. §. item ſi forte. ff. de rei vind.* & quandoq; etiam totus ager reddebatur. Nam ut ſcribit Siculus Flaccus *libr. de conditione agrorum:* Non omnibus perſonis victis ablati ſunt agri: quorundam dignitas, aut gratia, aut amicitia victorem movit, ut eis concederet agros ſuos. Quod igitur ablatum fuiſſet injuriâ poſſeſſori vel jure belli, quo eorum, qui victi ſunt, bona ad victores pertinent, id lex noluit emptori nocere, ſed venditori, ſi antequam fundus vacuus traderetur, ablatum eſſet. Ut quemadmodum aliâs injuria facta emptori, venditori non nocet, ſi per injuriam judicis emptor in lite de proprietate victus ſit, *l. ſi per imprudentiam. ff. de evict. l. emptor. C. eodem.* ita injuria facta vel vis illata venditori, emptori non noceret, niſi hactenus, ut id quod intereſt, venditor emptori non præſtaret, *d. l. 33.* Ita Vincent. Cabot. *d. loc.*

Quæſtio II. Utrùm valore pecuniæ creditæ mutato, contractus tempus attendi debeat? Aff. ſive mutatio in intrinſeca ſive extrinſeca bonitate contigerit.

I. Per text. *l. 3. ff. de reb. cred.* ubi dicitur, debitorem liberari, ſi eâdem bonitate mutuum ſolvat, quâ accepit. II. Per *l. Rutilia Polla. ff. de contr. empt.* ubi dicitur, in contractibus eam æſtimationem inſpiciendam eſſe, quæ fuit tempore contractus. III. Quia in pecunia non corpus, ſed ejus valor & æſtimatio ſpectatur, *l. qua extrinſecus 63. §. 1. ff. de V. O.* IV. Si tempus contractus attendi non deberet, diminutio æſtimationis damno creditoris cederet; Dum enim alteri benefacit, in damnũ incideret, quod abſurdum eſſet; In damnum autem eum incidere inde probatur, quia ſi pecuniam non mutuò dediſſet, potuiſſet eam exponere ſecundùm æſtimationem, quæ erat tempore contractus. Curt. ſenior & jun. *ad l. cum quid. ff. ſi cert. pet. ibidem.* Dec. *num. 56.* Covarr. *de collat. veter. numiſ. §. unico. num. 3. verſ. caterùm.* Molin. prolixè *in tr. de uſur. q. 92. nu. 664.* Bronch. *cent. 2. aſſ.*

Digitized by Google

18. Arum. *diſp.12.ad Inſt.Exerc.11.* Diſſ.Coraſ. *lib.4.miſcell. c.13.n.5.* Geil. *lib.2.obſ.72.n.9.* Menoch *conſil.49.nu.45.* Fachin. *lib.2.controv.c.9.* Sixtin. *de regal.c.9.n.117.* Ant. Faber *in libello de re nummaria.* Elias Rob. *diſput.14.th.3.ad Inſt. jur.* Ex hisce apparet, malè à Sturtio *ſupr.all.n.7.* aſſeri, valore pecuniæ creditæ mutato, incommodum ad creditorem ſpectare, cùm ad debitorem potiùs id omne pertineat, qui id, ut modò dixi, ſolvit, quod accepit tempore contractus: Si igitur augeatur valor monetæ, id emolumento ejus cedit: Ergo econtra, ſi diminuatur, id quoq; detrimento ipſi eſſe æquitas ſuadet, quæ exprimitur lege hac noſtrâ.

Quæſtio III. An de aquis & fluminibus inveſtitus, fluviatica incrementa jure feudi præcipuè ſibi vindicare, ſublato alluvionum jure, poſſit; & cujus jurisdictionis cenſeantur, quæ per alluvionem accreverunt?

Occaſionem huic quæſtioni, quam in utramq; partem ventilat Petrus Heigius JCtus præſtantiſſimus *part.2.quæſt. 40.* dediſſe ait inſulam, quæ annis ſuperioribus *in flumine* Mulda nata eſt, aucta poſteà adeò, ut dilabentibus æſtate aquis, non inſulæ, ſed alluvionis jure cenſenda crederetur. Ejus inſulæ, ut vicino agro propioris, dominium vicini agri dominus ſibi vindicabat. Econtrà qui fluminis dominus utilis, jure feudi, erat, & ejusdem commoda alia ſolus tenebat, inſulæ quoq; jus ad ſuum commodum pertinere contendebat. Quæritur, quid juris? Pro vicini prædii & agri domino militant fortiora argumenta. I. *d.§.inſula 23. Inſt.de rer.div.l.7.§.inſula.l.56.§.1.de acq.rer.dom.* & ibi Dd. Hier. Mont. *de finib.c.23.n.4.* Laur. Calca. *conſ.90.* Jac. de S. Georg. *verb.fluminib. n.4. cum ſimilibus.* II. Hæc regula noſtra, quæ vult, commoda cujusq; rei ſequi eum; quem ſequuntur incommoda. Facit *§.cum autem.verſ.ſed etſi poſt. Inſtit. de empt.vend.* Aym. Parmenſ. de alluvio. *lib.1.c.5.nu.10. & cap.11.nu.5.* III. *L.ult.C.de alluvio.* ubi Impp. ſtatuerunt, Fiſcum non debere incrementa fluviatica ſibi vindicare, neque pro his cenſum augere, ne, ut ajunt Impp. vel alluvionum ignorare vitia, vel rem noxiam poſſeſſoribus inducere videamur. Quare contra naturalem æquitatem facere videntur,

dentur, qui ſibi hęc incrementa vindicant, ut non malè ſcripſerit Alber. Brun. *conſ. 159. circ. fin. lib. 2.* conſuetudinem, quę vicinis adimit jus alluvionis, in foro conſcientiæ non procedere, nec ſatis tutam eſſe. IV. Si incrementa fluviatica dominus fluminis utilis & jurisdictionalis vindicare ſibi poſſet, tolleretur rerum communiũ & publicarũ à privatis diſtinctio; quâ re nihil pernicioſius. Johan. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 1.* V. Nuſquam legitur jus alluvionis expreſsè abrogatum; Quinimò ſtat adhuc hodie paſſim, in regno Neapolitano & ducatu Mediolanenſi. Andr. de Iſern. *in tit. quæ ſunt regal. verb. flumina.* Franc. Vivius *deciſ. 344. n. 1. & ſeqq. lib. 2.* Vincẽ. de Franch. *deciſ. 183. n. 4. lib. 1.* Ægid. Boſſius *in pra. tit. de aquis & fluminibus num. 3. 4. 8 32.* In regno Hiſpaniæ Roderic. Soarez. *in conſ. de uſu maris.* Fernand. Vaſq. *lib. 2. illuſtr. controv. cap. 89. n. 40.* In Gallia, Faber *ad §. fluminum. Inſtit. de rer. div.* Renat. Choppin. *de doman. lib. 1. c. 15. nu. 6.* Neque Septentrionalium populorum alia opinio unquam fuit, quemadmodũ proviſionis literæ à rege Poloniæ Sigiſmundo anno 1561. Gothardo I. Curlandiæ duci datę teſtantur, in quibus inter alia verba hæc leguntur; In Dunâ fluvio, quæ inſulæ ſive mediamnes alteri parti viciniores ſunt, apud eandem partem maneant. De Germania teſtatur Jus Saxonicum, Landr. *lib. 2. art. 56. & gloſſ. art. 29. nu. 3. eod. & art. 28. eodem.* quod expreſsè conſervat jus alluvionis vicinis prædiis, neq; dominis jurisdictionalibus commoda fluminum omnia & prę ſertim fluviatica incrementa pręcipua eſſe patitur. Ad decem contraria argumenta reſpondet Heig. *d. loc. num. 100. 101. 102. & ſeqq. uſq; ad finem.* Huic quæſtioni affinis eſt illa, An alluvionis incrementum ad fundi emptorem, an verò ad venditorẽ ſpectet, fundo cum pacto retrovendendi vendito? Ad emptorem ſpectare putamus cum Cagnolo ad *l. 2. in nona lectura, quæſt. 59. C. de pact. int. empt.* Sylvan. *conſ. 60. nu. 10. & ſeqq.* Ant. Teſſaur. *deciſ. 140. arg. §. ſed etſi poſt. Inſtit. de empt. & vendit. & l. hac. n.* Diſſ. Paul. de Caſtro *in conſ. 388.* Gozadin. *in l. 2. C. de pact. int. empt. n. 180.* Tiraquell. *de retract. convent. §. fin. quæſt. 14.*

Lex 2.

Id quod noſtrum] Ratio eſt *in l. in re mandata. C. mand.* Cùm enim quilibet ſit rei ſuæ moderator & arbiter, ille eſ-

ctus, illaq; vis dominii eſt, ut quod quisque ſuum tenet. id ſine facto & voluntate ejus auferri non poſſit. Certi enim modi cõſtituti reperiuntur, quibus tam jure gentium quàm jure civili rerum dominia acquirere poſſumus: Inter modos juris gentium traditio eſt, *§.per traditionem.Inſtit.de rer.diviſ.* de ea Juriſconſultus *in h.l.11.* loquitur, & per factum eam intelligit, maximè in rebus corporalibus, *l.traditionib.C.de pac.* In rebus enim incorporalib⁹ patientia vicem traditionis ſubit, *l.ſervus.§.incorporales.ff.de acq.rer.dom.* Hac traditione tranſit dominium ad alium, ſi voluntas domini accedat, *l.h.n.verb.noſtro &c.* Nihil enim tam conveniens eſt naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi, &c. *d.§.per traditionem.Inſtit.de rer.div.* Ut igitur per traditionem dominium ad alium transferatur, requiruntur tria: I. Ut transferens dominus ſit. II. Ut voluntatem transferendi habeat. III. Ut ex juſta cauſa, putà, emptionis, permutationis, donationis &c. transferat, Philip. Matth. *hìc nu.32.33.34.35.36.* Addunt alii quartum requiſitum, Hoto. *ill.q.11.& 12.* & quos recenſui obiter *ſup.in quæſt.1.ad l.præcedentem*, videl. ut rei poſſeſſionem tradat vacuam transferens dominium; Idem tradit Bronch.*cent.3.aſſ.81.* Verùm contrarium, ut ſuprà quoq; docui *in d.quæſt.1.* rectè defendit Don.*lib.4.com.c.19.* ubi prolixè ad adverſariorum argumenta reſpondet, utitur pro ſe arg. *l.traditionibus 20.C.de pac.& l.ſi fundum.ff.de fund.dotal.* Donellum quoq; ſequitur Philip.Matth.*hìc nu.37.* Obſtat I huic regulæ noſtræ, quòd uſucapio dominium transfert ſine facto & conſenſu veri domini. Reſp. in uſucapione factum domini negligentis rem ſuam à poſſeſſore vindicare, intervenit. Nam & qui permittit rem ſuam uſucapi, intelligitur alienare, *l. alienationis 28.ff.de V.S.* Opponi ſolent multa alia; quibus ſatisfaciunt Bronch.*cent.4.aſſ.97.* & Sturt.*hìc n.12.13.14.& ſeq. uſq; ad fin.* Phil.Matth.*n.39.uſq; ad n.50.* Porrò notandum, quòd per factum non ea ſolùm traditio intelligatur, quâ verè ac corporaliter res ad aliquem transfertur, ſed illa quoq; quę fictione tacitoq; Juris intellectu nititur, ac vulgò imaginaria nuncupatur, Hippol. à Collibus *hìc.* Exempla hujus fictæ traditionis ſunt *in §.item ſi quis merces 45.Inſt.*

de

de rer.div.l.clavibus 74.ff.de contrah.empt.l.pecuniam 79. ff. de ſolut.l.1.§.pen.ff.de acq.vel amitt.poſſ.l.1.ff.de peric. & com.rei vend. Hinc naſcitur

Quæſtio I. An ad imaginariam traditionem ipſius rei præſentia requiratur: hoc eſt, an imaginariæ traditioni ita demum locus ſit, ſi res in conſpectu contrahentium verſetur?

Quidam retinendum illud putant, quod ſcribit Cujacius *lib.4.obſ.3.* videlicet, quando emptor, rem ſibi venditam ex cauſâ aliqua antecedente non tenet, traditionem fictam ſeu imaginariam non admitti, niſi in re præſenti uterque conſenſerit; ubi autem emptor rem tenet, fictam traditionem induci, etiamſi in re præſenti ambo non conſenſerint; quandoquidem eo caſu præſentis rei mentionem ll. non faciant, *l.ſi rem 62.in princ.ff.de evict. l.ſive 9.§.1.ff.de Public. in rem act. l.ſi ſervus 21.in fin. ff. de acquir. rer. dom.* Et hanc ſententiam defendunt Petrus Heigius *ad §. interdum etiam 44.Inſt.de rer.diviſ.* Anton. Matthæus *in colleg. Inſtit.ad d.§.interdum 44.& in Notis ibidem.* Diſſentit Accurſius *in l.1.C.de donat.* quem ſequitur Philip. Matthæus *hîc num.26.& ſeqq.* Moventur I. argumento *l.ejus rei 46. & l.ſeq.ff.de rei vindicat.* ad quam reſpondet Ant. Matthæ. *ad d.§.interdum.* II. Per *d.l.1.C.de donat.* in quâ in genere Impp. reſcribunt, per traditionem inſtrumenti mancipia quoq; tradita videri, nec diſtinguunt, præſentia illa ſint vel abſint. III. *arg.l.2.§.1.ff.de pact.*

Quæſtio II. mota à Sturtio hîc n.7. An injuriam filii pater remittere poſſit? Affir. ſub diſtinctione.

Injuriam enim filio irrogatã, pro qua competit actio prętoria, pater, ſi nõ ſit vilis perſona, etiã invito filio remittere poteſt, quâ remiſſâ filio actio non competit, *l.ſi unius 17.§.ſi filiof.ſed & ſeq. ff. de injur.* Injuriam verò filiofam. irroga[illegible], pro quâ actio datur ex L. Cornelia, pater remittere nõ poteſt, quia actio filio competit nõ patri, nec conſenſus patris requiritur, ut filius agere poſſit, *l.5.§.illud.ff.de inj.l.9.ff.*

Digitized by Google

de obl. & act. Maranta *de ord. judicior. part. 6. tit. de inquiſit. nu. 67.* Boërius *deciſ. 120.* Clar. *lib. 5. ſent. §. fin. quaeſt. 5. nu. 22.* Gœdd. *part. 3. diſput. 14. ſub th. 2. lit. G.* Cravett. *conſil. 45. nu. 8. & conſil. 661. nu. 9.* Gomez. *tom. 3. var. reſolut. cap. 6. nu. 6.* Decian. *in praxi crimin. tom. 1. libr. 3. cap. 22. num. 23.* Aſcan. Clement. *in tract. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 8.* Gilhauſen *in comment. de injur. §. 11. num. 20. & ſeqq.* Schneid. & Anton. Matth. *ad §. 2. Inſtit. de injur.* Elias Rober. *diſput. 2. th. 7. lit. b. ad inſtit.* Fachin. *lib. 9. controv. cap. 43.* Diſſ. Pinell. *in l. 1. part. 3. n. 105. C. de bon. mat.* Sturt. *ſup. alleg. loc.* Hoſtienſ. *in ſumm. extr. eod. tit. n. 5.* Treutl. *diſp. 30. th. 7. lit. C.*

Lex 12.

In teſtamentis plenius] Concordat *cap. cùm dilecti. ext. de donat.* ubi dicitur: In contractibus plena, in teſtamentis plenior, in beneficiis pleniſſima interpretatio adhibenda eſt; quamvis Giphanius *nu. 11. hîc* axioma illud ſuſpectæ veritatis eſſe dicat, & *ad d. cap. dilecti* reſpondeat. Rationem regulæ ſeu legis hujus Reguliſtæ adferunt ex *l. vel negare. ff. Teſt. quem. aper.* quia publicè expedit ſuprema hominum judicia exitum ſortiri. Sturtius *hîc n. 3.* Non obſtat *l. 9. ſupra h. t. & l. nummis 75. ff. de leg. 3.* Reſp. Voluntas teſtatoris pleniorem interpretationem tum meretur, quando ex conjecturis magis quàm verbis teſtamenti voluntas teſtatoris liquet: quo caſu verba ita interpretanda ſunt, ut teſtatoris voluntati congruant. Quòd ſi verò de teſtatoris mente non conſtiterit, propria verborum teſtamenti ſignificatio retinebitur, & ſi propria iſta ſignificatio duab. pluribúſve ſummis accommodari poſſit, tum demum *d. l. 9.* locus erit, atq; iſti interpretationi ſtabitur, quæ ſummam minimam continet, *d. l. 75.* confer Bronch. *cent. 4. aſſ. 96.* & Sturt. *hîc n. 7. qui nu. 10, 11. & ſeq.* reſpondet quoq; *ad l. ſi alii 19. ff. de uſufr. legat. & l. un. C. de pecul. ejus qui libert. mer.*

Lex 13.

Non videtur cepiſſe] Explicant ſufficienter hanc regulam noſtram, *l. 51. infrà h. t. & l. 71.* ubi Gœdd. *num. 4. & ſeq. ff. de V. S.* ubi Juriſconſultus: Aliud eſt, inquit, capere, aliud accipere. Capere cum effectu accipitur: Accipere & ſi quis non accipit ut habeat: Ideoq; non videtur quis capere quod erit

reſtitu-

Digitized by Google

reſtituturus. Giphan. *ad l.15.n.5.infr.* Exempli gratiâ: Etſi is, cui legatum datum eſt, ex judicio teſtatoris petitionem habeat, *l.1.C.com.de legat.* Tamen tum demum rectè petere videtur, ſi cum effectu capit, i.e. ſi nihil legatario, de mutatâ voluntate teſtatoris, *l.3.§. non ſolùm.ff.de adim.legat.* vel de accommodatione fidei in reſtituendo legato objici poſſit. *§.fin.Inſtit.de fideicom. her.* Melioris declarationis causâ ex Reguliſtis hîc, ſuperiori hoc addo exemplum: Qui legatum ex teſtamento capit, repellitur à querelâ inofficioſi teſtamenti, *l.ſi pater 10.§.ult.de inoff.teſtam.* Atqui cepiſſe legatum is non videtur, qui alii id reſtitui voluit, proinde à querelâ non repellitur. Non obſtat huic regulæ *l.140.ff.de V.S.* ubi dicitur; Cepiſſe quis intelligitur, quamvis alii acquiſivit. Reſp. enim, regulam noſtrã *l.71.ff.de V. S.* procedere in his, ubi accipiendo quid ipſemet, qui accipiebat, acquirere ſibi debebat: Secus in his, ubi quis ipſo jure ſibi nihil, ſed ipſo momento alii acquirebat: item procedere in iis, quæ facto hominis reſtituuntur, non etiam in his, quæ legis autoritate & fictione ad alium transeunt, *d.l.140.* ubi Gœdd. *nu.4.* Philip. Matth. *hîc n.11.* plura contraria enumerat, ſimulq; tollit Sturtius *nu.9.10.& 11. hîc.*

Lex 14.

In quibus dies non ponitur] Obligatio aut pura eſt, aut non pura, *§.omnis. Inſtit.de verb.obl.l.omnia 7.l.ſeq.ff.de rebus cred.l.10.11.& 12.ff.de V.S.l.cedere diem 213.eod.* Eſt autem pura obligatio, cujus dies & ceſſit & venit eo ipſo momento, quo convenit, non pura contrà: Sive quod idem eſt, pura obligatio eſt, quæ neque die neque conditione differtur: Non pura, quæ aut die aut conditione, vel utrâq; dilationem recipit, *d.§. omnis. & l. eum qui 41.ff. de verb.oblig.* Gœdd. *in tract.de contrah.ſtip.c.8.concluſ.4.n.111. & 112. & ſeq.* De pura Juriſconſultus *in h.l.14.* loquitur; & effectũ ejus hunc eſſe dicit, quòd de debito purè promiſſo ſtatim agi poſſit, eodem etiam die quo promiſſum eſt, *facit l.liber homo 118.§.decem.ff.de V.O.* Ratio eſt, quia ubi cauſa eſt præſens, ibi & effectum præſentem eſſe oportet, *l.1.in fin.ff.quod quisq; jur.* & deinde ne promiſſiones ſint inutiles & de vento, *l.continuus 157.§.illud 4. ibi, facultas perſonæ eſt commodum incommodumq;, non rerum.ff.de verb.obl.* Humanitatis

tamen cauſâ breve aliquod ſpatium debitori datur ad ſolvendum, *l. ſi debitori 21. ff. de judic.* quia creditor non debet ſtatim venire cum ſacco paratus, *l. quod dicimus 105. ff. de ſolut.* Cujac. *ad d. §. omnis. & ad l. 41. ff. de verb. obl.* Petr. Fab. *ad l. h. noſtram num. 1. & 2.* Cagnol. *n. 10. & 11.* Donell. *ad d. l. 41. §. 1. n. 3. & ſeq.* Borch. *de V. O. c. 6. num. 12.* Bronch. *cent. 4. aſſ. 49.* Gœdd. *ad l. 213. in pr. n. 4. ff. de V. S.* Giphan. *ad h. l. n. 3.* Diſſ. Bart. & vulgò Dd. *in l. 105. ff. de ſolut.* Schneid. *ad d. §. omnis.* Dec. & Hippol. *ad l. h. n.* Weſenb. *in par. ff. de verb. obl. nu. 12.* qui omnes tempus ſolutionis cum tempore agendi confundunt.

Corollaria miſcellanea ad diſputationem tertiam.

I. An lictores, qui ex mandato judicis aliquem juſtè capiunt, poſſint reſiſtentem impunè occidere? Poſſe puto, ſed adhibito moderamine inculpatæ tutelæ.

Argum. l. 1. C. und. vi. l. ut vim 3. ff. de inſt. & l. 2. C. ad l. Corn. de ſicar. Boër. *deciſ. 170. in fin.* Farin. *tit. de carceribus & carceratis q. 32. nu. 41.* & noviſſimè Fachin. *lib. 9. contr. c. 73.* Diſſent. Gramm. *deciſ. 41.* Boſſius *tit. de captura, n. 12.* qui lictores hoc poſſe exiſtimant, etiamſi modum inculpatæ tutelæ excedant.

Eodem modo decidendam arbitror quæſtionem illam: An impunè liceat lictoribus publicis vulnerare vel occidere malefactorem fugientem ne capiatur, ſi aliter eum capere non poſſint?

Farin. *d. loc. n. 44.* Fach. *lib. 9. c. 74.* Diſſ. Bald. *in l. ult. n. 5. C. de exhib. reis.* Grammat. *deciſ. 41.* Boër. *deciſ. 170. n. 7.* Ant. Gomez. *tit. de delict. c. 9. & n. 6.*

II. An fiſcus in integrum reſtituatur, ſicut minores 25. annis? Neg. Quia hoc non reperitur jure cautum; licet enim minoribus id conceſſum ſit, & Reipublicæ, non tamen ſequitur fiſco conceſſum videri, *argum. l. jus ſingulare. ff. de legib.* Petr. Cyn. Paul. Caſtr. *in l. Reſpubl. C. ex quibus cauſ. maj.* Fachin. *lib. 9. cap. 80.* Diſſ. Boſſ. *de fiſco & privileg.*

priv. ejus n.21. Pereg.*de jur.fiſc.lib.6.t.2.n.10.* Multò minùs in pœnalibus fiſcus in integrum reſtituitur: *arg.l.auxilium.ff.de min.*Fachin.*d.loc.c.81.*

III. An reſtitutus in integrum ex gratiâ Principis, recuperet pretium bonorum à fiſco alienatorum?

Aff. *argum.l.1.C.de ſent.paſſ. & l.ult.C.eod.* & quia inter omnes conſtat, ſi bona fiſcus haberet, ea reſtituenda eſſe; cur igitur pretium reſtituere fiſcus non debeat? præſertim cùm eadem ſit ratio in pretio, quæ in bonis ipſis. Atq; hæc communis Dd.opinio eſt, quam tuentur Bart. *in l.ult.nu.7. C.de ſentent. paſſ.* Sfort.Oddus *de reſtit. in integr. p.2. q.99. art.5.* Pereg.*de jure fiſci lib.5.t.2.num.27.* Fachin.*lib.9.c.18.* Diſſ. Alciat. *in l.Gallus. §.Et quid ſi tantùm.num.122.ff.de lib.& poſth.*Gomez *var.reſol.lib.3.c.13.n.39.*Nellus *in tract. de Bannitis, in 1.part.3. temp. quæſt.6.* qui teſtatur, in Italia non ſervari eorum ſententiam, qui reſtituendum à fiſco pretium voluerunt. Idem teſtantur Clarus *q 59.verſ. Item quæro &c.* & Farinacius *tit.de inquiſit.quæſt.6.poſt num.43.* Sed nec in Germania ſervari, teſtis eſt Andreas Geil. *lib.2.de pac.publ.cap.19.num.21.*

IV. Utrùm minor 25. annis comprehendatur in ſtatuto, quo cavetur, ut contumax in delictis habeatur pro confeſſo & convicto, & condemnari poſſit?

Affirm. *arg. l. minor etiamſi quaſi contumax 8. ff. de minor.l.ſi minor.ff.de bon.aut.jud.poſſ.c.conſtitutus. de reſtit. in integr.l.pen.§.ad crimen.ff.de publ.jud. l.auxilium. §. in delictis. ff. de minor. l.ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. eod. l. 1. C.ſi adverſ.delict.* Menoch.*conſ.100.num.120.lib.1.* Decian. *conſ.18.num.176.lib.1.* Cephal.*conſ.304.n.126.lib.3.* Fachin. *lib.9.c.41.*Diſſ. Rol.à Valle *conſ.68.num.31.lib.2.& conſ.94. num.32.lib.4.* Farin.*tit.de inquiſitione.quæſt.11.*

V. Utrùm minor 25. annis cum autoritate tutoris vel curatoris, abſque decreto judicis, pacem facere poſſit?

Aff. Quia impuberes & adulti, cum ſuorum tutorum & curatorum autoritate celebrare poſſunt omnes contractus abſq; decreto judicis, exceptâ bonorum immobilium alienatione, *t.t. de reb. eorum, qui ſub tut. vel cur. & t. de præ. min.* Clar. *quæſt. 58. verſ. Quæro an tutor, &c.* Gomez. *tit. de homicid. n. 66.* Fach. *lib. 9. c. 43.* Farinac. *tit. de accuſatione q. 15. n. 5.* Diſſ. Petr. Placa *in epitome delictorum cap. 45. n. 7.* Jodocus *in patrocinio pupillorum, tit. de tutorum & curatorum munere cap. 10. num. 75.* Simoncellus *de decretis lib. 2. t. 6. Inſpect. 16. num. 137.*

VI. Utrùm pace ruptâ à minore 25. annis, quam inivit cum autoritate curatoris, pœna committatur per ſtipulationem promiſſa?

Aff. Fachin. *lib. 9. cap. 44.* poſt Decium *in l. pactum curatoris. C. de pact.* Farinac. *tit. de accuſat. q. 15. n. 53.* Diſſent. Bald. Salic. Alciat. *ad l. pactum curatoris.* Ludov. Rom. *conſ. 155. nu. 9.* Abbas Panormitan. *conſ. 108. circ. fin. lib. 2.* Tobias Nonius *inter conſilia criminalia vol. 1. conſ. 152. n. 11.*

VII. Utrùm homicida ex propoſito & animo deliberato, gaudeat Eccleſiaſticâ immunitate, ſi confugiat ad Eccleſiam?

Neg. etiam de jure Canonico. I. Quia juri civili hæc ſententia conſentanea eſt, quo certum eſt homicidis hanc immunitatem eſſe à Juſtin. ademptam. *§. neq; auth. de mand. Princ.* Licet enim Jus Canonicum ſpectandum ſit & juri civili preferendum, tamen nullibi quicquam expreſsè conſtitutum apparet Jure Canonico, contra Imperatoris legem, & nota eſt omnis Juris Pontificii concordia, niſi contrà ſit expreſsè cautum, *c. 1. de op. nov. nunc.* Deinde *fac. c. 1. de homicid.* Fachin. *lib. 9. c. 93.*

Quæstiones feudales.

I. An vaſallo non conſentiente, de feudo, quod poſt mortem ejus ad dominum ſperatur reverſurum, alicui inveſtitura concedi poſſit?

Aff. per *cap. 1. §. morib. ſi de feud. defunct. cont. ſit. cap. 1. qui ſucceſſ. feud. dar. ten. cap. 1. quod ſucceſſ. ten. & c. 1. de Cler. qui inveſt.*

Digitized by Google

inveſt.fec. Hartm.Piſtor.*lib.2.q.25*.Geil.*lib.2.obſ.150*. Vult. *lib.1.c.7.n.48*.

II. Utrùm vaſallus propriè feudum ſibi emere poſſit?

Neg. *per cap.un.de feud. non hab.prop.nat.c.un.in quibus cauſ.feud.am.c.1.de feud.da.in vic.leg.commiſſ.c.ſimiliter.de capit.qui cur.vend.* Schurf.*conſ.25.cent.2.* Weſ.*conſ.2.n.91.* Vult. *lib.1.c.8. nu.45.* Borch.*cap.4. nu.26.* Piſt.*2.q.34.nu.8. & 9.* Fachin.*libr.7. cap.37.* Diſſ.Sonsb.*p.2.num.7.*Alvarot. *in d.cap.ſimiliter.* Curt.Jun.*p.1.q.6.nu.14.* Alex.*conſ.79.vol.1.*Zaſ.*conſ.12.vol.1.& de feud.part.12.num.9.*Setz.*in diſput. feud.3.theſ.13.*

QUÆST. POLITICÆ.

I. Utrùm utile ſit pueros gymnaſticæ arti aſſuefieri?

Affirmo cum Johan.Caſo in *Sphæra civit.lib.8.c.4.*

II. Utrùm peregrinandum ſit adoleſcentibus ac omnibus qui eruditionis & rerum gerendarum tum domi tum foris laudem conſectantur?

Affirm. Herman. Kirchner.*orat.5.per tot.* pro ſententia contraria videantur rationes apud eundem *orat.6.per tot.*

DISPUTATIO IV.

QUA ENUCLEATUR

L.15.16.17.18.19.20.21.

Propugnata à

JOHANNE Gaſſer Auguſtano.

Lex 15.

IS *qui actionem*] Concordant *l.bonorum 49. & l. id apud 143.ff.de V.S.* utrobique Gœdd.*l.rem in bonis 52.ff. de acquir.rer.dom.* Ratio: quia non ſolùm jus civile certos eſſe voluit modos acquirendi rerũ dominia,ſed etiam conſervandi tuendique res acquiſitas,certam rationem conſtare

Digitized by Google

debere cenſuit, *l.ult.ff.de legib.* Sturt. *hîc num.1.* Non obſtat *l.minus eſt 204.infr.h.t.* ubi JCtus ait: Minùs eſſe actionem habere quàm rem. Reſpondeo ex verbo *Videtur:* quo JCtus in hac l.15. utitur: *Videtur* improprietatis quædam nota eſt, illud ſignificans, non quidem reverâ, ſed fictione juris id exiſtimari nos habere, cujus judicio perſequendi gratiâ paratam actionem habeamus. Et ſanè reverà ac propriè minus eſt habere actionem, quàm rem, cùm multa accidere poſſint, ut quis rem petitam non conſequatur, vel ſumma cum moleſtia & ſumptu ſæpe maximo nanciſcatur. Petr. Fab. *hîc n.8. & 9.* Sturt. *n.11.12. & 13.* Phil. Matth. *nu.15.16. & ſeq.* Hubert. Giphan. *n.4.* Speckhan. *cent.1.q.36.* Deinde non obſtat *l.Quintus Mutius 27.§.1.ff.de aur. & arg.leg.* de qua vide Sturt. *in fin.hîc. &* Fab. *n.5.*

Quæſtio: Utrùm hæc regula ſolùm ad interdicta recuperandæ poſſeſſionis pertineat? Neg.

Generatim enim eam de quavis actione intelligendam eſſe, ſive illa in rem ſit, ſive in perſonam, ſive interdictum vocetur, evincit ſatis *d.l.bonorum 49.ff.de V.S.* ubi in fine Juriſconſultus & actiones & petitiones & perſecutiones conjungit, atq; bonis annumerat, ſi quid eſt in actionibus, petitionibus ac perſecutionibus: ut ſignificet non ſolùm actiones perſonales, quæ aliàs propriè actionis vocabulo denotantur, ſed etiam actiones in rem, quæ petitionis verbo continentur, *l.178.§.2.* ubi Gœd. *ff.de V.S.* adeoq; quasvis perſecutiones in bonis eſſe illius, cui perſecutiones hujusmodi competunt, Cagnol. Decius, Sturt. *hîc n.3.* Philip. Matth. *n.7. & 8.* Diſſ. Johan. Ferrar. *hîc pag. mihi 83.* motus voce *Recuperandam*, quaſi referri ea debeat ſaltem ad eas res, quarum poſſeſſionem quis amiſiſſet, *§. recuperandæ. Inſt.de interd.* Reſpondet ei Matth. *num.10.11.12. & 13.*

Lex 16.

Imaginaria] Ratio: quia in contractibus rei veritas, tanquam forma, potiſſimùm conſiderari debet, *arg.l.9. §.ſed ſi quis 3. ff. ad exhib.* Eâ enim ſublatâ, res ipſa tollitur, *l.ſi ex precio 6.ibi, ſimulatis pro infectis habitis.C.ſi cert.pet. l.2.ibi, acta ſimulata veritatis ſubſtantiam mutare non poſſunt.C. plus val.quod ag.quàm quod ſimul. concip.* Atqui imaginarium

rium veritati contrarium eſt: Id enim in jure vocamus, quod non verè, ſed ſimulatè & dicis causâ fit, *l. contractus 54. ff. de obl. & act. l. 1. §. Divi 6. de quæſt.* Meritò igitur pro nullo habetur & veluti veritati inimicum & ſubdolum rejicitur: Hinc imaginariam venditionem pro nulla habet JCtus *in l. nuda 55. ff. de contrah. empt.* Itaq; non ſine cauſa Ulpianus in hac *l. n. 16.* quærit: An imaginaria venditio ſit, quæ precio interveniente facta eſt? Negat autem: & rectè, quia emptionis ſubſtantia conſiſtit ex precio, *l. pacta conventa 72. ff. de contrah. empt. pr. Inſtit. eod.* Uſus quæſtionis hujus in eo eſſe poteſt, quòd emptio prætextu vilioris pretii, niſi unus tantùm nummus ſit (de quo dicam paulò pòſt) imaginaria dici non poſſit, ſed vera, *l. 4. l. 15. C. de reſcind. vendit. l. ſi ſponſus 5. §. circ. de donat. inter vir. & ux.* Hippol. à Collib. *in fin. hic.* Giphan. *hic. num. 3. & ſeqq.*

Quæſtio: Utrùm emptio-venditio uno nummo contrahi poſſit? Neg.

I. Quia in emptione pretium requiritur, *l. h. noſtra.* Atqui nummus pretium non eſt. Ei enim opponi ſolet, ut conſtat ex *l. ſi quis ante 10. §. fin. ff. de acq. vel amitt. poſſ.* Ergo. II. Per *l. ſi quis 46. ff. locat.* Veruntamen hæc ita accipienda ſunt, ut licet venditio vel conductio hoc caſu imaginaria habeatur, ac proinde non valeat in vim venditionis vel conductionis: valeat tamen in vim ejus quod actum eſt, hoc eſt, in vim donationis, *l. empti fides 9. C. de contrah. empt.* Pet. Fab. *hic. n. 9.* Joh. Ferrar. *hic.* Non obſt. *l. uſusfr. 66. ff. de jur. dot.* Eam bene conciliant Duar. *ad d. l. 10. ff. de acq. poſ.* Sturt. *hic num. 11.* Philip. Matth. *n. 12. & ſeqq.* Arumæ. *diſput. 14. ad Inſt. jur. Exerc. 1.* Bocer. *ad l. 23. n. 7. infr. de R. Jur.*

Lex 17.

Pro herede adjectum] Ratio eſt: quòd cùm in multis hæres vice defuncti gravetur, meritò in aliquo levari debuit: Sturt. *hic n. 10.* Si igitur tempus ſolvendi legati in teſtamento adjectum eſt, in favorem heredis illud adjectum eſſe cenſetur; ita ut in ipſius arbitrio ſit. utrùm ante illud tempus, an verò in ipſo tempore præfixo legatum ſolvere, mediiq; temporis fructus lucrari velit, *l. pen. ff. de opt. vel elect. leg. l. quod his verbis 83. ff. de legat. 3. l. poſt mortem 12. C. de fidei-*

com. Non obſtat *l.3.§.pen.ff.de uſur. & l.ſi ita relictum 43.§. Pegaſus.ff. de legat.2.* Vide Matth. *hic nu.8.& 9.* Facit quòd eodem modo adjectio temporis pro reo eſt, *l. h. noſtra. l. eum qui Calendis 41. §.2.ff. de verb.obl.§.omnis.ver.quod in diem.Inſt.eod.l. quod certâ die 70.ff.de ſolut.* Objicitur verò ſententiæ hujus regulæ *l.nec ſemel 12.§.ſed etſi quotannis.ff. quand.dies legat.& l.cùm pater 77.§.à filia.ff.de legat.2.* Ad quos text.reſp.Sturt. *hic n.13.& 14.*

Quæſtio: Utrùm creditori invito ante diem rectè ſolvatur? Aff.

I. Quia dies adjicitur debitoris gratiâ, *l.h.n.l.14.§.1.ff.de verb.obl.* At unicuiq; liberum eſt eis, quæ pro ſe introducta ſunt, renunciare, *l.ſi judex.ff.de minor.l.pen.C.de pact.* Ergo. II. Quia in obligationibus in diem totum medium tempus promiſſori ad ſolvendum liberũ relinquitur, *l.38.§.inter.ff. de verb. oblig.* Jam ſi non licet invito creditori ſolvere ante diem; vel ſi creditor poſſet ſolutionem ante diem recuſare, non eſſet debitori tempus medium liberum ad ſolvendum. III. Propter textum *in l.quod cert.70.ff.de ſolut.* Anton. Fab. *lib.1.conject.c.1.* Donell. *in d.l.41.§.1.n.47.& ſeqq.ff.d.t.* Coraſ. *in d.l.38.§.inter 16.ff.d.t.* & ibid. Duar. Bronch. noviſſimè *cent.4.aſſert.63.* Philip. Matth. *ad l.h.noſtram; nu.29.& ſeq.uſq; ad fin.* Hubert.Giph. *hic num.4.5.6.7.8.& 9.* Diſſ. Cujac. *in d.l.38.& lib.23.obſ.22.* cujus fundamenta Dd. prędicti jam antè deſtruxerunt.

Lex 18.

Quæ legata] Quemadmodum JCtus Ulpian. *in l.praecedenti 17.* ultimarum voluntatum & ſtipulationum convenientiam oſtendit: ita è contrario Pomponius *in h.l.18.* earundem ab illis & quidem à legatis differentiam proponit: Differentia autẽ illa hæc eſt: Legata, ſi mortuis nobis ſtatim ad heredem tranſeãt, hoc eſt, ſi pura ſunt, parentibus & dominis per liberos tam in poteſtate exiſtẽtes, quàm emancipatos & ſervos acquiruntur: Si conditionalia fuerint legata, per in poteſtate manentes liberos acquiruntur, per emancipatos non item. In ſtipulationibus ſecus eſt, quæ non ſolùm puræ, ſed etiam conditionales per liberos tam in poteſtate quàm extra poteſtatem exiſtentes, parentib⁹ acquiruntur.

Ita

Digitized by Google

Ita Hippol. à Collib. *hîc*. Conferatur Pet. Faber *hîc*. præſertim *nu*. 11. & 12. Diſſ. Cujac. *ad l. ſi filiusfam*. 78. *ff. de V. O.* & poſt eum Phil. Matthæ. *hîc*, qui aliam legis noſtrę explicationem adferunt; ſtipulationem enim, quæ in hæredem transmittitur, non ſemper dominis vel parētibus acquiri putant, *arg. §. ſed cùm factum. Inſtit. de ſtipul. ſerv.* & *l. 76. ff. de verb. obl.* Quam ſententiam refutat Hipp. *d. loc.*

Quæſtio: Cur legatum conditionale ad heredem non transmittat legatarius, ſtipulatio verò ſub conditione contracta ad heredem transeat?

In ratione diverſitatis inquirenda Doctores admodum laborant. Cujacius hanc rationem adfert: Quòd antequam conditio exiſtat, dies legati non cedat, *l.* 4. & 5. §. 2. *ff quand. dies legat ced.* ſtipulatio autem ex præſenti vires accipiat, *l. uſusfructus. ff. de ſervor. ſtip.* Et in ſtipulationibus id tempus inſpiciamus, quo contrahimus, *l. ſi filiusfamil* 78. *ff. de verb. obl. l. non omne* 144. §. 1. *infr. h. t.* In legatis verò, quo dies legatorum cedit, *d. l.* 4. *ff. quand. dies legat.* Eandem rationem diverſitatis retinent & ſequuntur Reguliſtæ *hîc*: Hipp. à Coll. Sturtius *num.* 10. 11. & 12. Philip. Matth. *num.* 13. 14. & *ſeqq.* Hanc verò rationem Donell. impugnat, & aliam adfert, nimirum hanc, Quia alia eſt voluntas teſtatoris, alia ſtipulatoris itemque promiſſoris. Unusquisque enim ſibi ſuoque heredi proſpectum eſſe vult & caviſſe creditur, *l. ſi pactum. ff. de probat.* Teſtator autem, qui legat aliquid, hoc animo eſt, ut legatario tantùm conſulat, aut propter ejus merita, vel amorem, aut aliam quamcunque ob cauſam honeſtam, non item ut conſulat legatarii heredibus, erga quos eadem adfectio non cadit. *l. nec adjecit. ff. pro. ſoc.* Gœdd. *in tract. de contr. ſtipulat, cap.* 19. *concluſ.* 8. utramque rationem aptam & conjungendam eſſe, neque ſibi invicem contrariari exiſtimat, *quem ſequimur.*

Lex 19.

Princ. Qui cum alio contrahit] Utilitas hujus regulæ in eo eſt, Quòd, cùm non omnes contrahendi vel diſtrahendi jus habeant, nobis cavere debeamus, ne inconſideratè cum quibuslibet contrahentes, in præſens aliquod damnum incidamus, *argum. l. ſi pater. in fin. C. de dot. promiſſ.* & nobis objici

Digitized by Google

queat illud vulgatum: *Diſce cautiùs mercari. l. in civilem. C. de furt.* Contingere enim facilè poteſt ut ei credamus, à quo repetitionem non habemus, *l. pen. ff. ad SCtum. Macedon.* cum eo ſocietatem ineamus, ex qua damni plus quàm lucri percipiamus, *§. fin. Inſtit. de ſociet.* & ei vendamus, qui non eſt ſolvendo. Quòd ſi tamen contrahens ejusmodi ignorantiam prætexat, quæ jure ipſo juſta judicetur, regulæ noſtræ locus non eſt, Dec. *hîc n. 3.* & poſt eum Phil. Matth. *n. 6.* De eo caſu eſt intelligenda *l. 3. in pr. ff. ad SCtum Maced.* vide Sturt. *num. 15. hîc.*

Hæredi autem hoc] Ratio: quia æquum eſt, ut ei ſuccurratur, quem quid facere neceſſitas coëgit. *l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff qui ſatisd. cog.* Sturt, *n. 18. hîc.* Atqui heres neceſſariò aliquid facere cogitur, nimirum ob voluntatem teſtatoris, proinde ei, ut contrahentibus, protinus non imputatur, ſi legatariorum, aliorumq; creditorũ hereditariorum conditionem & ſtatum exactè adeò exploratum non habuerit. Non obſtat *l. 3. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat.* ut rectè declarat Phil. Matt. *hîc n. 11. & 12.*

§. 1. non ſolet exceptio doli] Hic §. exceptionem continet regulæ quæ proponitur *in fin. l. 173. infr. h. t.* ubi JCtus ait: Dolo facit, qui petit, quod redditurus eſt. Obſtat enim ei exceptio *l. verum. ff. de compenſat. & l. Et eleganter 7. §. ſervus pactionis 8. ibi. quoniam exceptione removeri poteſt, debere dici, quaſi nulla actio ſit, quæ exceptione repelitur, ff. de dol. mal.* Sturt *in pr. hîc & ad l. 13. num 5. & 6. ſup. h. t.* Hinc etiam fit, ut ſi vaſallus nondum ſit inveſtitus & feloniâ commiſsâ inveſtituram petat, dominus ipſum inveſtire cogi non poſſit, Zaſ. *pag. 10. n. 78* Roſenth. *c. 10. concl. 104.* Vult. *c. 11. nu. 51.* quia dolo petit vaſallus inveſtituram: cùm feudum mox reſtituturus ſit. Prædictæ, inquam, regulæ exceptio eſt; Si voluntas teſtatoris non refragetur id eſt, ſi exceptionem doli excludat voluntas teſtatoris. *l. h. noſtra.* Exempli gratiâ: Sempronius teſtamentum fecit; Titio centum legavit, poſtea capitales inimicitiæ inter hunc teſtatorem & legatarium exortæ ſunt: Hoc caſu aut ante teſtatoris mortem non contigit aliqua reconciliatio: & tunc nocet exceptio legatario petenti; ſecundum *d. l. 173* nam voluntas teſtatoris refragatur: Aut decedit Sempronius poſt reconciliationem factam, & tunc

tunc non nocet exceptio doli, quia voluntas teſtatoris non refragatur *l. h. n.* Hippol. à Coll. *in fin. ferè hîc.* vide etiam *ad h. l.* Decium, Ferrarium & Giphanium.

Quæſt. I. Utrùm principium legis hujus locum etiam habet in matrimonialibus: puta tunc, ſi quis vitiatam pro virgine duxerit? Neg.

Vitiatam enim ignoranter ab aliquo ductam repudiari poſſe, probant ſequentes rationes ? depromtæ partim ex divino, partim ex jure ciuili. I. Tert. *in cap. 22. Deut.* ubi lex divina non modò hoc caſu divortium permittit, ſed quod ſeverius eſt, corruptam capitali ſupplicio affici jubet. II. Exemplum Joſephi *Matth.* 1 qui à juſtitia commendatur, quòd cum Maria conjuge, quam ex alio prægnantem ſuſpicatur, divortium ſecretò facere inſtituit. III. Si in emptione vilis ancillæ æquum viſum fuit; ut ex errore is contractus reſcinderetur, quantò magis in contractu matrimonii, quod perpetuam communitatem inducit? *argum. l. ex empto* 11. §. *ſi quis virginem. ff. de act. empt.* IV. Quia dolus dans cauſam contractui, eum ipſo jure annihilat. *& l. & eleganter. ff. de dol. latè* Gœdd. *in tract. de contrah. ſtipulat. cap.* 1. *concluſ.* 7. *num.* 114. *& ſeqq.* & Bronch. *cent* 1. *aſſert.* 37. etiam matrimonium, *cap. tum* 26. *in fin. de ſponſ.* Atqui dolus ejusmodi hîc eſſe aſſeritur. Ergò. Et licet dolum incidentem eſſe concederemus, alio tamen juris remedio, nimirum beneficio reſtitutionis in integrum, decepto ſuccurri poſſet. Tenent hanc ſentent. Beuſt. *in tr. de matrim. p.* 2. *q.* 34. Beza *in tract. de divort. pag.* 218. Dn. Nic. Reuſn. *libr.* 1. *conſeq.* 5. Schneid. *ad t. Inſt. de nupt. p.* 4. *n.* 61. Diſſ. Hippol. à Collib. hîc & Canoniſtæ communiter. Kling. *de matrim. pag.* 14. Covar. *in epit. par.* 2. *cap.* §. 3. 7. Weſenb. *in par. ff. de rit. nupt. n.* 8. noviſſimè Bronch. *cent.* 3. *aſſ.* 5. Pro hiſce nihil facit ſententia noſtræ hujus regulæ 19. Qui enim contrahit, facilè inquirere poteſt conditionem ejus, cum quo cõtrahit: Utrum pupillus ſit, filiusfam. prodigus. Hoc ſi non fecerit; ſibi imputet. At ſecus ſe res habet in muliere, quæ pro virgine ſe venditat, cùm ſit corrupta. Hanc omnes pro virgine habent. Ejus igitur conditio inquiri non debet, quia præſumptio eſt, quòd ſit honeſta. Deinde diſſentientium opinionem non juvat, *l. ſi uxor* 13. *in fin. ff. ad-*

Digitized by Google

Jul. de adult. quæ ait, ſtupri eam mulierem accuſari non poſſe, quæ poſt illud ducta eſt. Reſp. ex verbis ſequentibus: *Si vero accuſat mores mulieris, quos ducendo probauerit*: Loquitur igitur JCtus de ſciente, non de ignorante, de quo nobis eſt diſputatio. Tertio argumentantur hoc modo: Non minores ſunt labes animi vitiati quam corporis. Atqui maritus ſi male frugi conjugem, hæreticam, infidelem, atheam, aliove animi morbo, quem ignorabat, laborantem comperiat, repudiare tamen eam idcirco non poteſt, *l. vlt. Cod. de repud.* quare nec ob hoc corporis vitium, ut divortium fiat, eſt admittendum. Reſp. à ſeparatis male fieri illationem. Nam iſtas mali animi labes indies remedio quis emendari non poſſe, ibit inficias? At maculam iſtam corpori aſperſam nemo unquam eluet mortalium.

Quæſtio II. Utrum ab herede ignorante, filiofamiliâs legatum ſolvi poſſit? Affir.

I. Per *pr. h. l. n. verſ. heredi autem, &c.* II. Quia & adverſus alios creditores heres juſtam habet ignorantiæ cauſam, *l. qui in alterius* 42. *infra eod.* ut non ita facile iis ſolvere cogatur, ac ſi ſua ſponte contraxiſſet, III. arg. *l. defenſor. ff de tutel. & rat. diſtrah.* Non obſtat *l.* 14. *& penultim. ff. Quand. dies legat.* ubi, ſi quis ita legaverit filiofamil. vt ipſi ſoluatur, poteſt procedere legatum, nec imputari heredi, cur non patri, ſed filio ſoluerit. Unde argumentum à ſenſu contrario extruitur ejuſmodi: Si in caſu expreſſo non imputatur heredi; Ergo regulariter imputabitur, ſi filiofamil. legatum ſolvat. Verum reſpon. argumentum à contrario ſenſu non admitti, ſi abſurdus inde intellectus naſcitur. Eberhard in *topic. legal. in loco à contra. ſenſu.* Ita ſentit Cujac. *lib.* 7. *obſerv.* 36. & poſt eum Sturt. *ad pr. l. hujus noſtræ n.* 12. Diſſent. Hotom. *lib.* 5. *obſ. c.* 19.

Lex 20.

Quoties dubia] Cum fere nihil magis juri naturæ contrarium ſit quam ſervitus (non obſtat locus Ariſtotelis *lib.* 1. *Polit. cap.* 3. Non enim intelligendus eſt de ſervitute quia victor victos continet, & de qua ICti loquuntur, ſed de eâ, quæ imbecillitatem ingenii ſignificat, cui opus ſit regi alieno conſilio, Mynſ. *ad* §. *Jus autem gentium. Inſt. de Jur. N. G. & C.*

G.& C.*n.*9.Sturt.*hîc.n.*2.Treutl.*diſput.*2.*th.*3. *lit.* *A.*) *l.* 4. §. 1. *ff. de ſtat. hom.* §. 2. *Inſtit. de jur. perſon.* ac idcirco omnes libentius liberi eſſe quàm ſervire cupiant, Reipubl. etiam liberis hominibus eam ad impleri interſit. *l.* 1. *in fin. ff. ſolut. matr. l. cùm ratio.* §. *Si plures. ff. de bon. damn.* Itaque multa in favorem libertatis introducta ſunt, quemadmodum & hoc, ut in dubio pro eâ interpretatio fiat. Exemplis id multis declarant Hippol. à Collib. Strut. Petr. Faber. & Philip. Matth. *hîc.* Non obſtat autem huic regulæ *l. cum ex pluribus* 31. *ff. de manum. teſtament.* ubi dicitur, ſi ex pluribus eodem nomine, ſeruvus unus liber eſſe juſſus ſit, nec appareat, quis ſit, nullum liberum eſſe. Reſpond. enim, Regulam hanc locum habere in iis obſcuris, quæ aliqua ratione intelligi poſſunt: at in illa lege neſciri poteſt vel ex conjectura de quo ſenſerit teſtator: ac proinde non jus, ſed probatio deficit. *argum. l. duo ſunt Titii, ff. de teſtam. tut.* Hippol. *d. loc.* Giphan. *hîc. nu.* 1. 2. 3. Sed quæret forſan aliquis, quæ ſit regulæ hujus aliorumque ſimilium jurium, quæ de ſervitute loquuntur, utilitas, cùm dura illa ſervitus, quæ olim in uſu erat, hodie ſit abolita, totumque manumiſſionis ac judiciorum liberalium jus ab uſu noſtro receſſerit; Reſpondeo: Aliquam ſaltem ſervitutem, vel ſervitutis imaginem quandam, quam nimirum Principes cæterique domini hodie pro diverſa Germaniæ conſuetudine in ruſticis, colonis, adſcriptitiis & propriis hominibus habent, etiamnum in uſu eſſe, & ſi de illa forte controverſia exiſtat, non ſolùm utiliter illam agitari, ſed decidi etiam poſſe commodiſſime ex his, quæ de cauſis liberalibus in jure noſtro prodita ſunt, Dd. *ad* §. *præjudiciales. Inſtit. de act.* Zaſius *num.* 14. Schneid. *num.* 15. Oldendorp *claſſ.* 3. *act.* 9. *fol. mihi* 409. Henric. Schilbock. *ad d.* §. *& ibid.* Harprecht. *num.* 5. Vultej. *libr.* 2. *Jurisprud. Roman. cap.* 5. *num.* 13. Philipp. Matth. *ad l. h. noſtram in fine.* Johan. Frider. Huſa. *in tract. de homin. prop. & hodiern. ſerv. jurib.* Hieronym. Treutler. *in diſput. Pandect.* 2. *th.* 2. *lit.* E. ubi dicit, quòd, ut olim, ita nec hodie ſervorum & ancillarum fuga ex quacunque cauſa, dominis damnoſa eſſe debeat, *l.* 1. *C. de ſerv. fugit.* Dan. Moller. 2. *ſemeſtr. cap.* 17.

Lex 21.

Non debet cui plus] Exempla hujus regulæ extant *in-*

Digitized by Google

ff. h. tit. in l.26. l. 110. *l.* 113. *& l.* 163. in qua proſtrema l. Cujus, inquit Juriſconſultus, donandi, eidem & vendendi & cócedendi jus eſt. Sed contrariari videtur *l. ult C. de Jur. emphyt.* ubi jus Emphyteuticum ſine conſenſu domini vendi nequit; donari tamen poteſt. Reſpondent quidem Doctores & poſt eos Philippus Matthæus *hîc. num.* 12. *& ſequent.* dando rationem diverſitatis: Quam reſponſionem cum aliis ego non admitto; & puto regulæ noſtræ exemplum quoque in *d. l. ultim.* proponi: Quemadmodum enim Emphyteuta jus ſuum vendere nequit invito domino, ita nec donare poteſt; Id quod rationibus ſequentibus oſtendo. I. Quia verba *l. 3. C. de Jure Emphyteut.* ſunt generalia & omnem alienationem continent, *ibi*, Minimè licere Emphyteutæ ſine conſenſu domini meliorationes ſuas aliis vendere, & jus Emphyteuticum transferre. II. Quia domini intereſt, ut conſenſus ejus requiratur, primò ut ſciat, quis novus ſit Emphyteuta, deinde, ut priusquam ei poſſeſſionem concedat, & eum inveſtiat de re Emphyteutica, providere poſſit, ut non ſolum laudemium ſeu quinquageſima præſtetur, ſed etiam annuus ipſe Canon Emphyteuticus. III. Quia licet in venditione domino propter pretii oblationem facienda eſt denunciatio, tamen hinc non rectè infertur, conſenſum domini requirendum non eſſe, ſi Emphyteuta velit jus ſuum donare. Aliæ enim tum rationes, prædictæ ſcilicet, Emphyteutæ obſtant. Sichard. *ad d. l. 3. n.* 19. *C. de* J. *Emph.* Fach *libr. 3. contr. c* 97. *& lib. 6. c.* 98. Diſſ. Geil. *lib. 2. obſ.* 25. *nu.* 5. Borch. *de feud. c. 3. num.* 42. Donell. *lib. 9. comm. c.* 14. Connan. *lib. 7. comm. c. 12. n.* 10. Gœdd. *ad l. 219 n. 3. & ſeqq. ff. de V. S.* Philip. Matth. *d. loc.* Bronch *cent. 1. aſſ.* 80. *per l. fin. C. de præd. min.* Ad quam cum Bartolo reſpondet Sichard. *d. loc.* Notandum porrò, quòd regula hæc noſtra vera ſit, niſi ratio maioris & minoris nos aliò vocet, ſive diuerſa ſit; Exemplis id declarant Sturtius *hîc nu.* 7. 8. *& 9. & ſequentibus uſque ad fin.* & Hippolyt, à Collib. *in fin. hîc pag.* 86. Ad tollendas plures & varias objectiones, quæ huic legi obſtare videntur, variè Doctores argumentum à majori ad minus, & viciſſim conſiderant. Eorum opiniones refert Hubertus Giphanius *hîc. num.* 3. 4. 5. *& ſequentib.* Ipſe verò cum Ramo ſtatuendum exiſtimat *num.* 9. & affirmatè & negatè poſſe tam à majore ad minus, quam

Digitized by Google

nus quam à minore ad majus argumentationem deſumi, pro quantitatis in collationem deductæ ratione & conſideratione, & ſi quod vitium hîc inveniatur, id ex falſa attributione eſſe, quæ contingit vel conſideratione aliâ ad aliud, à poſito majore ad minus, quæ reverâ majus aut minus non eſt.

DISPUTATIO V.

QUA ENUCLEATUR Lex 22. & 23.

Habita à

PETRO PORTNERO Ratiſbonenſi.

NUlla cadit obligatio] Civilis ſcilicet; Ratio eſt, quia quo ad jus civile ſervi pro nullis habentur, *l.32. infra h titul.* item mortuis comparantur *l.209. infra eod.* Hinc fit, ut nulla etiam cum illis actio ſit, *l.107 infra h.t.* In his, quæ officium per liberas perſonas fieri leges deſiderant, ſervi intervenire nequeant, *l.175 infr. eod.* nec idcirco Reipublicæ causâ abeſſe poſſint, *l.final.h.t.* Naturalis tamen obligatio in ſervos cadit. *l. quod ſervus. ff. de ſolut. l. ſi quod 64. ff. de condict. indeb.* Non obſtat. *l.fin. C. ubi cauſ. fiſc. & l.3. C. An ſerv. pro ſuo. Reſp.* Sturt. *in fin. hic.* Excipiuntur quidam caſus, quibus nec naturaliter obligantur. Eos recenſet Cujac. *lib.8. obſervat.8.* & poſt eum Hippol. *hic.* & Matth. *num.20.* Ex delictis etiam, naturaliter, imo civiliter quoque obligantur: In delictis factum ſolum attenditur. Factum corrigendum quoquo modo eſt, non propter obligationem, ſed quia perpetratum eſt, Hippol. *in fine hic.* Matth. *n.22. & ſeqq.*

In bonæ fidei judiciis confertur in arbitrium] Arbitrium duplex eſſe, recte hic Reguliſtæ notant, Sturt. Hippol. à Collib. Giphanius & alii: Aliud enim arbitrium plenum, merum ſeu liberum dicunt, aliud boni viri arbitrium. Illud in perſonam confertur, ut committatur ipſius liberæ voluntati,

Digitized by Google

& ſive æquum ſive iniquum eſſet, ei parere neceſſum ſit. Perſonam igitur non egreditur. *l. in compromiſſis, de recept. arbit.* Hoc verò perſonam egreditur, quamvis perſona certa ſit, in quam collatum eſt. Si enim contra æquitatem ab ipſo aliquid ſtatutum fuerit, alium adire licet. *l. ſocietatem 79. cum ſeq. ff. pro ſoc.* de hoc arbitrio l. hæc noſtra intelligenda eſt, Philip. Matth. *n.* 12. *hic.* vide Bronch. *cent.* 2. *aſſert.* 50. ubi & *cent.* 3. *aſſert.* 48. hæc eadem in ultimis voluntatibus procedere aſſerit, *per l.* 1. §. 1. *de legat.* 2. *l. ſi filia* 43. *de leg.* 3. Quid de ſtricti juris contractibus dicendum? In iis arbitrium non ſemper pro arbitrio boni viri accipitur, ſed tum demum, ſi ipſorum contrahentium arbitrium electum ſit *l.* 3. *C. de dot. promiſſ. l.* 30. *de oper. libert. l.* 69. §. *gener. de iure dot.* Non obſtat. *l.* 35. §. 1. *de contr. empt. l.* 108. §. *ult. & l.* 17. *fi. de verb. oblig.* de quibus vide Matth. *hic num.* 20. & 21. Quod ſi arbitrium in hiſce contractibus in extraneum collatum fuerit, ſtrictè illud intelligitur, perinde ut in compromiſſis. *l.* 43. *& l. ſeq. de verb. obl.*

Lex 23.

Contractus] Summa ſive argumentum totius *h.* l. eſt: In omnibus contractibus bonæ fidei dolum, in nullo caſus fortuitos; in quibusdam culpam & dolum præſtari, vel ex natura contractibus, vel ex pacto, quo etiam caſus fortuitos in paciſcentem transferri, nullo etiam pacto effici poſſe, ne dolus futurus præſtetur. Quæ omnia clarius patebunt ex ſequentibus; Quibus præmitto quæſtionem vulgatam: *Utrum aliqua in jure noſtro contractus definitio extet?* Affirmo nimirum *in l.* 19. *ff. de V.* S. ubi Gœdd. *num.* 17. *& multis ſeqq. & in tract. de contrah. ſtipul. cap.* 1. *concluſ.* 3. *nu* 29. & 30. Gilbert Regius *lib. quæſt. cap.* 8. Bronch. *cent.* 1. *miſcel. contr. aſſer.* 53. Olemann. *diſput.* 24. *ad Inſtit. num.* 5. *&* 6. *in object. & reſol.* Definitur autem & verè, Ultro citroque obligatio: Quæ definitio cum ea eſt ſenſu eadem, qua definitur contractus ultrò citroque conventio ſive pactum obligandi negotium habens: Gœddæus *d. loc.* eleganter & prolixe. Diſſent. Connan. *libr.* 5. *comment.* 2. Donell. *in l.* 1. *ff. de reb. cred.* Bocer. *ad l. h. noſtram, c.* 1. *n.* 1.

Quidam] In iis, qui ſolius recipientis cauſâ fiunt, leviſſima etiam culpa in iis, qui ſolius dantis utilitatem reſpiciunt, dolus

Digitized by Google

dolus & lata culpa tantùm, in iis verò contractibus, qui utriusque gratia fiunt, præter latam etiam levis culpa præſtanda eſt, *l. ſi ut certo. §. nunc. videndum 2. ff. commod. l. ſi ſervus* 108. *§. cum quid* 12. *de legat* 1. Hippol. à Collib. *hic pag.* 97. *in fin.* Bronch. *cent.* 2. *aſſert.* 33.

Dolus igitur & lata culpa præſtatur in depoſito.

De dolo textus eſt *in §. pen. Inſtit. de obligat. quæ re cont. l.* 1. *§. in conducto* 19. *§. ultim. ff. depoſ. l. ſi ut certò §.* 3. *ff. commodat. & l. hac noſtra.* De lata culpa textus eſt *in l. ſi hominem* 7. *in pr. l. quod Nerva* 32. *ff. depoſ. l.* 1. ubi Sichard. *C. d. tit. l.* 1. *§. is quoque* 5. *ff. de obligat. & act.* Ratio eſt, quia nulla ejus verſatur utilitas, apud quem deponitur, ſed deponentis, *l.* 108. *§. cùm quid, de leg.* 1. *l. ſi gratuitum* 17. *§. Papinian. ff. de præſcript. verb.* Hippolytus à Collib. *hic.* & Johan. Ferrar. Montan. *pag. mihi* 114. Itaque ſecurus eſt depoſitarius, qui parum diligenter cuſtoditam rem furto amiſerit, quia qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit, non ei, ſed ſuæ facilitati id imputare debet, *§. pen. Inſtit. d. t.* Sturt. *hic. pag.* 140. *num.* 6. *&* 7. Bocerus *hic cap.* 4. *num.* 3. Non obſtat *l. quod Nerva ff. depoſ.* ubi in fine dicitur, depoſitarium eam diligentiam debere depoſito adhibere, quam ſuis rebus adhibet: Ponamus autem hominem attentiſſimum & diligentiſſimum: Ergo & ſimilem diligentiam in depoſito adhibebit, & leviſſimam qnoque culpam præſtabit. Reſpondet ad hoc objectum Bronch. *d. loc. pag.* 180. *in fin. & in pr. pag. ſeq* Et hæc ita niſi depoſitarius rei cuſtodiendæ causâ honorarium acceperit, quo caſu levem culpam præſtat, *l. ſi ut certo. §.* 2. *ff. comm. cap.* 2. *extr. depoſ.* Decius *hic num.* 3. Diſſ. Schneid. *ad d. §. pen. Inſt. de oblig. quæ re contr. nu.* 17. Aut depoſito ſe obtulerit, *l.* 1. *§.* 35. *ff. depoſ.* quo caſu aliquando de levi, aliquando etiam de culpa leviſſima tenetur, ut docet Decius *hic nu.* 4. *arg. d. c.* 2. *extr. depoſ.* Illud in diſputationem ſæpius veniſſe ſcio, utrum in caſu, *l.* 4. *ff. de reb. cred.* depoſitarius de culpâ leviſſimâ teneatur, an verò de caſu fortuito? Prius affirmant Bartolus, Azo, Caſtrenſis, Zaſius & poſt eos Viglius Zuichemus *in comment. ad d. l.* 4. ſequentibus rationibus. I textu *l. quæ fortuitis. C. de pignor. act.* 1. *l. pignus. C. eodem tit.* ubi dicitur, quod periculum ad dominum rei pertineat; ſed in caſu *d. l.* 4. ante eventum cōditionis, deponēs adhuc eſt dominus. Ergo

II. Argumento deſumpto à commodato; Nam ut in commodato caſus fortuitus ſpectat ad dominium commodantem, ſic etiam in caſu *dict. leg.* 4. Nam quemadmodum depoſitum in illo caſu fit gratiâ depoſitarii, ita etiam commodatum fit gratiâ commodatarii. *§. Item is cui. Inſtit. quibus modis re contr. obl.* III. Textu *l.* 1. *§. ſæpe. ff. depoſ.* Poſterius, nimirum in ſpecie *dict. leg.* 4. *ff. de rebus credit.* teneri depoſitarium de caſu fortuito, aſſerunt Johannes antiquus Gloſſator & eum ſecuti Decius, Molinæus, & Donellus. I. Quòd depoſitum in caſu *dict. l.* 4. ſapiat naturam mutui, in quo præſtatur caſus fortuitus à debitore, *l. incendium. Cod. ſi cert. pet.* II. Per *l. rogaſti* 11. *ff. de rebus cred.* III. Per *l. ſi ut certo. §. nunc videndum, ibi, etſi forte. ff. commodat.* ubi commodatarius tenetur de omni periculo, ſi res æſtimata commodata ſit. IV. Quia textus dicit, id depoſitum ejus periculo eſſe, qui ſuſcepit; ſed periculum proprie refertur ad caſum fortuitum, *l. ſi tibi rem inſpiciendam, ff. de præſcript. verb.* dicendum igitur, quod is, qui ſuſcepit, de caſu fortuito teneatur. V. Quia textus loquitur generaliter; generaliter igitur intelligendum eſſe, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de leg. præſt.* Hæc argumenta refellit Viglius *d. loc.* cujus ſen etiam propugnant Fachinæus *libr.* 2. *controverſiar. jur. cap.* 70. & Bronch. *cent.* 2. *aſſert.* 16 *in nov. edit.* ſed ſupradictam opinionem eorum qui in *d. l.* 4. periculum pro caſu fortuito accipiunt, ſequuntur Georgius Lopez. *libr.* 1. *animad.* 12. Bocerus *ad h. n. l.* 23. *in comment. cap.* 3. *numero* 8. Treutler. *volum.* 1. *diſput.* 20. *theſ.* 14. *lit. D.*

Etiam in precario.

L. h. 2. *& l quæſitum* 8. *§. eum quoque. ff. de precar.* Atqui obſtat, quod dixi, in iis contractibus, qui recipientis vel accipientis causâ fiunt, leviſſimam culpam præſtari. Reſpondeo: regulam *dict. l.* 5. *§. nunc videndum* 2. *ff. com.* in precario non obſervari, propter incertam & inſtabilem precarii conditionem, quod omni tempore revocari poſſit; Cum enim regulis juris hic contractus, ut alii, non ſit allegatus, benignius cum eo agendum Prætor putavit, cui, qui dedit, benigne facere voluit, Weſenb. *in parat. ff. de precar. num.* 4. *in fin.* Hippolyt. à Collib. *hic pag. mihi* 99. Sturt. *num.* 17. Bronch. *cent.* 2.

Digitized by Google

cent. 2. *aſſ.* 33. Phil. Matth. *hic n.* 81. Joh. Ferrar. Mont. *hic pag. mihi* 114. *& ſeq.*

Culpa levis præſtatur: I. In venditione.

Textus eſt *in l.* 36. *l.* 13. §. *ſi venditor l.* 22. *l.* 49. *ff. de act. empt.* §. *cùm autem. Inſtit. de empt. vendit. l.* 35. §. 4. *ff. de contrahend. empt.* Giphan. *hic nu.* 15. Johan. Ferrar. *pag. mihi* 119. Ratio eſt; quia in hoc contractu utriusque contrahentis verſatur utilitas. Obſtat *l.* 3. *ff. commod.* ubi dicitur, venditorem talem cuſtodiam præſtare debere, qualem præſtat commodatarius. Reſpon. hoc ſolum ad illum caſum reſtringendum eſſe in emptione vini, ut emptio illa ante guſtationem vini perfecta non videatur; Hippolyt. à Collib. *hic*, cui adde Hedem. *diſput.* 28. *theſ.* 30. *lit.* C. Vel reſpondeo aliter hoc modo: Quod prius indicavit Juriſconſultus *in d. l.* 3. venditorem talem diligentiam præſtare debere, qualẽ commodatarius, hoc poſtea declarat, ut magis exactam præſtet diligentiam, quàm in rebus ſuis, ſed non talem præſtabit diligentiam, qualem diligentiſſimus paterfamil. præſtare eſt ſolitus, ſicut commodatarius, *l. in rebus* 18. *ff. commod.* Br. *cent.* 2. *aſſert.* 33. *in fin.* deinde obſtat *l. ſi gratuitum.* §. *ſi margaritam. ff. de præſcript. verb. de qua rurſus vide* Hippolyt. *d. loc. pag.* 101. Tertiò obſtat, quod in contractibus naturaliter ſe invicem circumſcribere licet, *l. item pretio. ff. locat. l. in cauſa.* §. *pen. ff. de minor.* Reſpond. enim, circumſcriptionem ſeu circumventionem illam pro fraudulento venditoris conſilio, quod fit ex propoſito, intelligi non debere, ſed pro læſione, quæ re ipſâ fit & incuriâ contrahentium; Bronch. *cent.* 2. *aſſ.* 52. Sturt. *hic n.* 7.

II. In pignore.

Concordat §. *fin. Inſt. quib. mod. re contrahit. obligat. l.* 13. *l.* 14. *& l.* 25. *ſi ſervos. ff. de pignorat. act. l.* 4. *&* 7. *C. eod.* Johan. Ferrar. Mont. *pag. mihi* 120. Ratio eſt, quia & hic utriusque contrahentis verſatur utilitas; Creditoris, quia res ei magis in tuto eſt; debitoris, quia citius ei & libeṙius pecunia creditur, Bronch. *cent.* 2. *aſſert.* 33. *in fin.* qui reſpondet *ad l. ſi cùm venderet* 13. §. *fin. & l. ſeq. ff. de pign. act.* Hippol. à Collib. *qui l.* 19. *C. de pign.* quæ etiam objici ſolet, non de exactiſſima, ſed de exacta diligentia, loqui, rectè aſſerit.

Digitized by Google

III. In locatione.

Facit *l. ſi ut certo.* §. *nunc videndum 2. ff. commod. l. 9. in pr.* §. *in exuſtis. cum ſeq* *l.* 11. 13. 19. §. *ſi quis dolia. l.* 25. §. *culpa ff. locat.* Aliquando tamen leviſſima quoque culpa in hoc contractu præſtatur, § *fin. Inſtit. de locat. l. ſi merces* 25. §. *pen. ff. locat.* Marc. Anton. Delrio *ad h l. noſtram. cap.* 11. *pag. mihi* 198. & 202. & *ſeq.* Sturt. *num.* 9. Vult. prolixe & eleganter *lib.* 1. *diſcept. cap* 15. Hippol. à Collib. *hîc pag.* 102. Bronch. *cent.* 2. *aſſert.* 33. Ant. Matth. *in notis ad d.* §. *fin. Inſt. de locat. conduct.* Philip Matth. *hîc n.* 62. 63. & *ſeq.* Giphanius *hîc. nu.* 15. Johan. Ferrar. *pag* 121. Diſſent. Cujac. à Vultejo allegatus *d. loc.* qui citra ullam conventionem, culpam leviſſimam in hoc contractu præſtari putat. Aliter diſſent. Weſenb. *ad d.* §. *fin. Inſt. d. t.* qui diſtinguit inter locationem uſus rei, & inter locationem facti: Utriusque opinionem examinat Vult. *d. loc.* Si igitur conductor in hoc contractu non præſtat culpam leviſſimam, per ſe liquet, ab eo multo minùs præſtari caſum fortuitum, *l. h. n. in fin. l. ſi merces* 25. §. *vis major. ff. locat. l.* 15. §. 1. *ff. eod. l.* 8. & *l.* 18 *C. locat.* Oppon. *l.* 1 *C. d. t.* & *l.* 12. *C. eo. tit.* Ad quas reſpondet Bronch. *cent.* 1. *miſcell. contr. aſſ.* 72.

IV. In dotis datione.

Per text. *in l. ſi conſtante* 24. §. *ſi maritus,* & *l. ult. ff. ſolut. matrim.* & *l. ſi ut certo* §. *nunc videndum. ff. commod.* quia utriusque & mariti & vxoris gratiâ dos conſtituitur. Mariti, quia pro oneribus matrimonii dote fruitur, mulieris vero, quia eò facilius nubit, *l.* 1. *ff. de jur. dot.* Giph. *hîc n.* 15. Johan. Ferrar. *pag* 122 Hippol. á Coll. *pag.* 103. *hîc.* Phil. Matth. *n.* 72. qui *n.* 74. & 73. reſpondet *ad l. in reb.* 17. *ff. de jur. dot.* ex qua nonnulli colligunt, in dotis datione leviſſimam quoque culpam eſſe præſtandam. Hæc tamen ita ſe habent, niſi res dotales vel æſtimatæ ſint, vel numero, pondere, menſuráve conſtent, aut mulier in mora ſit, *l.* 14. *l.* 16. & *l.* 42. *ff. de jur. dot. l.* 9. *l.* 26. *ff. ſolut. matrim.* Hippol. *d. loc.* Diſſ. Broch. *cent.* 2. *aſſ.* 33. *verſ. quartum argumentum,* qui in dotis datione regulariter latam tantum culpam præſtari exiſtimat.

V. In tutela.

L. 7. *ibi,* quicquid dolo vel lata culpa aut levi, *C. arbit. tut. l.* 18. *ibi,* quod autem dolo vel culpa tutoris, &c. *ff. de tut.* & *rat. diſtr.*

Digitized by Google

rat. diutra.l. ſine herede 32. §.1. *ff. de adm. tut. l.* 4. *C. arbit. tut. l. ſi liberti* 10. *Cod. de adm. tut. l.* 5. §. *nunc videndum. ff. com.* Boc. *hîc cap.* 4. *num.* 11. Fab. *hîc.* Schneid. *ad* §. *ſuſpectus. Inſtit. de ſuſp. tut.* Duaren. *ad tit. ff. de adm. tut. cap.* 5. Sturt. *num.* 6. 7. 8. Delrio, Hippol. à Collib. *hîc.* Hartm. Piſtor. *lib.* 1. *quæſt.* 49. (ubi hanc utiliſſimam quæſtionem tractat periculum nominum, quatenus ad tutorem vel curatorem pertineat, & an finitâ tutelâ vel curâ, pupillus ſive minor nomina iſta agnoſcere teneatur?) His adde Jacobum Cramerum *in diſceptationibus ad Inſtit. diſcept.* 19. *poſit.* 4. Diſſ. Accurſ. *in* §. 6. *Inſtit. de ſuſpect. tut.* Harmenop. *lib.* 6 *epit. tit.* 2. Damhoud. *in patrocinio pupillorum cap.* 7. *num* 7. *& ſeqq.* & alii quos ſequuntur Liber. Hofman & Giphan. *hic num.* 16. *per l.* 1. *ff. de tut. & rat. diſtrah.* & per *l. de omnibus in pr. ff. de tut. l.* 2. *de magiſtr. conven l.* 20. *C. de negot. geſt.* de quibus vide Hippol. *d. loc.*

VI. In negotiorum geſtione.

Facit I. *l.* 11. *ibi,* & culpam & dolum præſtare debes, *ff. de negot. geſt.* II. *l. debitor* 13. *l.* 19. §. 1. *l. ſive hereditaria* 22. *ff. d. tit. l. tutori* 20. *l. negotium* 22. *C. eod.* III. Quia actio negotiorum geſtorum eſt introducta, ut allicerentur homines ad abſentium negotia adminiſtranda, *l. ſi quis abſentis* 5. *in princ. ff. de obligat. & act.* Cui actionis hujus fini plane contrarium eſſet, ſi geſtor leviſſimam quoque culpam præſtare teneretur: Tunc enim nemo facile abſentis negotia gereret, Delrio *hîc.* Weſenb. *in parat. ff. num.* 10. *de negot. geſt.* Petr. Greg. *libr.* 20. *ſyntag.* 2. *num.* 4. Petr. Fab. *hîc.* & Bocer. *cap.* 3. *numer.* 12. Hippolyt. à Collib. *pag. mihi* 104. Sichard. *in l. tuto* 20. *Cod. de negot. geſt.* Gilbert. Reg. *lib.* 1. *ἐναντ. c.* 19. Giphan. *hîc. cap.* 16. *in fin. &* 17. Johan Ferrar. Mont *hîc pag.* 123. *& ſeq.* Diſſ. Donell. *lib.* 15. *comm.* 15. Cuiac. *in not. ad lib.* 1. *ſent. Paul. tit.* 4. *in princip.* Bor. *ad* §. 1. *Inſtit de obl. quæ ex q. contr. naſc. ibidem* Ant. Matth. Non obſtat; quod mandatarius, cui ſimilis negotiorum geſtor videtur, leuiſſimam culpam præſtat. Ratio enim differentiæ hæc eſt; Quia in mandato verus intercedit contractus, in negotiorum geſtione quaſi-cõtractus: Mandatarius vel precibus vel juſſu compellitur, negotiorum geſtor ſummâ amicitiâ motus id facit. Non igitur tanta ab ipſo diligentia exigi debet. Deinde non obſtat, quod in hoc contractu

Digitized by Google

Jul. de adult. quæ ait, ſtupri eam mulierem accuſari non poſſe, quæ poſt illud ducta eſt. Reſp. ex verbis ſequentibus: Si vero accuſat mores mulieris, quos ducendo probauerit: Loquitur igitur JCtus de ſciente, non de ignorante, de quo nobis eſt diſputatio. Tertio argumentantur hoc modo: Non minores ſunt labes animi vitiati quam corporis. Atqui maritus ſi male frugi conjugem, hæreticam, infidelem, atheam, aliove animi morbo, quem ignorabat, laborantem comperiat, repudiare tamen eam idcirco non poteſt, *l. vlt. Cod. de repud.* quare nec ob hoc corporis vitium, ut divortium fiat, eſt admittendum. Reſp. à ſeparatis male fieri illationem. Nam iſtas mali animi labes indies remedio quis emendari non poſſe, ibit inficias? At maculam iſtam corpori aſperſam nemo unquam eluet mortalium.

Quæſtio II. Utrum ab herede ignorante, filiofamiliâs legatum ſolvi poſſit? Affir.

I. Per *pr. h. l. n. verſ. heredi autem, &c.* II. Quia & adverſus alios creditores heres juſtam habet ignorantiæ cauſam, *l. qui in alterius 42. infra eod.* ut non ita facile iis ſolvere cogatur, ac ſi ſua ſponte contraxiſſet, III. arg. *l. defenſor. ff de tutel. & rat. diſtrah.* Non obſtat *l. 14. & penultim. ff. Quand. dies legat.* ubi, ſi quis ita legaverit filiofamil: vt ipſi ſoluatur, poteſt procedere legatum, nec imputari heredi, cur non patri, ſed filio ſoluerit. Unde argumentum à ſenſu contrario extruitur ejuſmodi: Si in caſu expreſſo non imputatur heredi; Ergo regulariter imputabitur, ſi filiofamil. legatum ſolvat. Verum reſpon: argumentum à contrario ſenſu non admitti, ſi abſurdus inde intellectus naſcitur. Eberhard in *topic. legal: in loco à contra. ſenſu.* Ita ſentit Cujac. *lib. 7. obſerv. 36.* & poſt eum Sturt. *ad pr. l. hujus noſtra. n. 12.* Diſſent. Hotom. *lib. 5. obſ. c. 19.*

Lex 20.

Quoties dubia] Cum fere nihil magis juri naturæ contrarium ſit quam ſervitus (non obſtat locus Ariſtotelis *lib. 1. Polit. cap. 3.* Non enim intelligendus eſt de ſervitute quia victor victos continet, & de qua ICti loquuntur, ſed de eâ, quæ imbecillitatem ingenii ſignificat, cui opus ſit regi alieno conſilio, Mynſ. *ad §. Jus autem gentium. Inſt. de Jur. N. G. & C.*

G.& C.*n.*9.Sturt.*hic.n.*2.Treutl.*diſput.*2.*th.*3.*lit. A.*) *l.* 4.§.1. *ff. de ſtat. hom.* §. 2. *Inſtit. de jur. perſon.* ac idcirco omnes libentius liberi eſſe quàm ſervire cupiant, Reipubl. etiam liberis hominibus eam ad impleri interſit. *l.* 1. *in fin. ff. ſolut. matr. l. cùm ratio.* §. *Si plures. ff. de bon. damn.* Itaque multa in favorem libertatis introducta ſunt, quemadmodum & hoc, ut in dubio pro eâ interpretatio fiat. Exemplis id multis declarant Hippol. à Collib. Strut. Petr. Faber. & Philip. Matth. *hic.* Non obſtat autem huic regulæ *l. cum ex pluribus* 31. *ff. de manum. teſtament.* ubi dicitur, ſi ex pluribus eodem nomine, ſeruvus unus liber eſſe juſſus ſit, nec appareat, quis ſit, nullum liberum eſſe. Respond. enim, Regulam hanc locum habere in iis obſcuris, quæ aliqua ratione intelligi poſſunt: at in illa lege neſciri poteſt vel ex conjectura de quo ſenſerit teſtator: ac proinde non jus, ſed probatio deficit. *argum. l. duo ſunt Titii, ff. de teſtam. tut.* Hippol. *d. loc.* Giphan. *hic. nu.* 1. 2. 3. Sed quæret forſan aliquis, quæ ſit regulæ hujus aliorumque ſimilium jurium, quæ de ſervitute loquuntur, utilitas, cùm dura illa ſervitus, quæ olim in uſu erat, hodie ſit abolita, totumque manumiſſionis ac judiciorum liberalium jus ab uſu noſtro receſſerit; Reſpondeo: Aliquam ſaltem ſervitutem, vel ſervitutis imaginem quandam, quam nimirum Principes cæterique domini hodie pro diverſa Germaniæ conſuetudine in ruſticis, colonis, adſcriptitiis & propriis hominibus habent, etiamnum in uſu eſſe, & ſi de illa forte controverſia exiſtat, non ſolùm utiliter illam agitari, ſed decidi etiam poſſe commodiſſime ex his, quæ de cauſis liberalibus in jure noſtro prodita ſunt, Dd. *ad* §. *præjudiciales. Inſtit. de act.* Zaſius *num.* 14. Schneid. *num.* 15. Oldendorp *claſſ.* 3. *act.* 9. *fol. mihi* 409. Henric. Schilbock. *ad d.* §. *& ibid.* Harprecht. *num.* 5. Vultej. *libr.* 2. *Jurisprud. Roman. cap.* 5. *num.* 13. Philipp. Matth. *ad l. h. noſtram in fine.* Johan. Frider. Huſa. *in tract. de homin. prop. & hodiern. ſerv. jurib.* Hieronym. Treutler. *in diſput. Pandect.* 2. *th.* 2. *lit.* E. ubi dicit, quòd, ut olim, ita nec hodie ſervorum & ancillarum fuga ex quacunque cauſa, dominis damnoſa eſſe debeat, *l.* 1. *C. de ſerv. fugit.* Dan. Moller. 2. *ſemeſtr. cap.* 17.

Lex 21.

Non debet cui plus] Exempla hujus regulæ extant *in-*

ſra h. tit. in l.26. l. 110. *l.* 113. *& l.* 163. in qua proſtrema l. Cujus, inquit Juriſconſultus, donandi, eidem & vendendi & cōcedendi jus eſt. Sed contrariari videtur *l. ult C. de Jur. emphyt.* ubi jus Emphyteuticum ſine conſenſu domini vendi nequit; donari tamen poteſt. Reſpondent quidem Doctores & poſt eos Philippus Matthæus *hic. num.* 12. *& ſequent.* dando rationem diverſitatis: Quam reſponſionem cum aliis ego non admitto; & puto regulæ noſtræ exemplum quoque in *d. l. ultim.* proponi: Quemadmodum enim Emphyteuta jus ſuum vendere nequit invito domino, ita nec donare poteſt; Id quod rationibus ſequentibus oſtendo. I. Quia verba *l.* 3. *C. de Jure Emphyteut.* ſunt generalia & omnem alienationem continent, *ibi*, Minimè licere Emphyteutæ ſine conſenſu domini meliorationes ſuas aliis vendere, & jus Emphyteuticum transferre. II. Quia domini intereſt, ut conſenſus ejus requiratur, primò ut ſciat, quis novus ſit Emphyteuta, deinde, ut priusquam ei poſſeſſionem concedat, & eum inveſtiat de re Emphyteutica, providere poſſit, ut non ſolùm laudemium ſeu quinquageſima præſtetur, ſed etiam annuus ipſe Canon Emphyteuticus. III. Quia licet in venditione domino propter pretii oblationem facienda eſt denunciatio, tamen hinc non rectè infertur, conſenſum domini requirendum non eſſe, ſi Emphyteuta velit jus ſuum donare. Aliæ enim tum rationes, prædictæ ſcilicet, Emphyteutæ obſtant. Sichard. *ad d. l.* 3. *n.* 19. *C. de* J. *Emph.* Fach *libr.* 3. *contr. c.* 97. *& lib.* 6. *c.* 98. Diſſ. Geil. *lib.* 2. *obſ.* 25. *nu.* 5. Borch. *de feud. c.* 3. *num.* 42. Donell. *lib.* 9. *comm. c.* 14. Connan. *lib.* 7. *comm. c.* 12. *n.* 10. Goedd. *ad l.* 219 *n.* 3. *& ſeqq. ff. de V. S.* Philip. Matth. *d. loc.* Bronch *cent.* 1. *aſſ.* 80. *per l. fin. C. de præd. min.* Ad quam cum Bartolo reſpondet Sichard. *d. loc.* Notandum porrò, quòd regula hæc noſtra vera ſit, niſi ratio maioris & minoris nos aliò vocet, ſive diuerſa ſit; Exemplis id declarant Sturtius *hic nu.* 7. 8. *&* 9. *& ſequentibus uſque ad fin.* & Hippolyt, à Collib. *in fin. hic pag.* 86. Ad tollendas plures & varias objectiones, quæ huic legi obſtare videntur, variè Doctores argumentum à majori ad minus, & viciſſim conſiderant. Eorum opiniones refert Hubertus Giphanius *hic. num.* 3. 4. 5. *& ſequentib.* Ipſe verò cum Ramo ſtatuendum exiſtimat *num.* 9. & affirmatè & negatè poſſe tam à majore ad minus, quam

nus quam à minore ad majus argumentationem deſumi, pro quantitatis in collationem deductæ ratione & conſideratione, & ſi quod vitium hîc inveniatur, id ex falſa attributione eſſe, quæ contingit vel conſideratione aliâ ad aliud, à poſito majore ad minus, quæ reverâ majus aut minus non eſt.

DISPUTATIO V.

QUA ENUCLEATUR Lex 22. & 23.

Habita à

PETRO PORTNERO Ratisbonenſi.

NUlla cadit obligatio] Civilis ſcilicet; Ratio eſt, quia quo ad jus ciuile ſervi pro nullis habentur, *l.32. infra h titul.* item mortuis comparantur. *l.209. infra eod.* Hinc fit, ut nulla etiam cum illis actio ſit, *l.107 infra h.t.* In his, quæ officium per liberas perſonas fieri leges deſiderant, ſervi intervenire nequeant, *l.175 infr.eod.* nec idcirco Reipublicæ cauſâ abeſſe poſſint, *l.final.h.t.* Naturalis tamen obligatio in ſervos cadit. *l. quod ſervus. ff. de ſolut. l. ſi quod 64. ff. de condict. indeb.* Non obſtat. *l.fin.C.ubi cauſ. fiſc. & l.3.C. An ſerv. pro ſuo. Reſp.* Sturt. *in fin. hic.* Excipiuntur quidam caſus, quibus nec naturaliter obligantur. Eos recenſet Cujac. *lib.8. obſervat.8.* & poſt eum Hippol. *hic.* & Matth. *num.20.* Ex delictis etiam, naturaliter, imo civiliter quoque obligantur: In delictis factum ſolum attenditur. Factum corrigendum quoquo modo eſt, non propter obligationem, ſed quia perpetratum eſt, Hippol. *in fine hic.* Matth. *n.22. & ſeqq.*

In bonæ fidei judiciis confertur in arbitrium] Arbitrium duplex eſſe, recte hic Reguliſtæ notant, Sturt. Hippol. à Collib. Giphanius & alii: Aliud enim arbitrium plenum, merum ſeu liberum dicunt, aliud boni viri arbitrium. Illud in perſonam confertur, ut committatur ipſius liberæ voluntati,

Digitized by Google

& ſive æquum ſive iniquum eſſet, ei parere neceſſum ſit. Perſonam igitur non egreditur. *l. in compromiſſis, de recept. arbit.* Hoc verò perſonam egreditur, quamvis perſona certa ſit, in quam collatum eſt. Si enim contra æquitatem ab ipſo aliquid ſtatutum fuerit, alium adire licet. *l. ſocietatem 79. cum ſeq. ff. pro ſoc.* de hoc arbitrio l. hæc noſtra intelligenda eſt, Philip. Matth. *n.* 12. *hîc.* vide Bronch. *cent.* 2. *aſſert.* 50. ubi & *cent.* 3. *aſſert.* 48. hæc eadem in ultimis voluntatibus procedere aſſerit, *per l.* 1. §. 1. *de legat.* 2. *l. ſi filia* 43. *de leg.* 3. Quid de ſtricti juris contractibus dicendum? In iis arbitrium non ſemper pro arbitrio boni viri accipitur, ſed tum demum, ſi ipſorum contrahentium arbitrium electum ſit *l.* 3. *C. de dot. promiſſ. l.* 30. *de oper. libert. l.* 69. §. *gener. de iure dot.* Non obſtat *l.* 35. §. 1. *de contr. empt. l.* 108. §. *ult. & l.* 17. *fi. de verb. oblig.* de quibus vide Matth. *hîc num.* 20. *&* 21. Quod ſi arbitrium in hiſce contractibus in extraneum collatum fuerit, ſtrictè illud intelligitur, perinde ut in compromiſſis. *l.* 43. *& l. ſeq. de verb. obl.*

Lex 23.

Contractus] Summa ſive argumentum totius *h.* l. eſt: In omnibus contractibus bonæ fidei dolum, in nullo caſus fortuitos; in quibusdam culpam & dolum præſtari, vel ex natura contractibus, vel ex pacto, quo etiam caſus fortuitos in paciſcentem transferri, nullo etiam pacto effici poſſe, ne dolus futurus præſtetur. Quæ omnia clarius patebunt ex ſequentibus; Quibus præmitto quæſtionem vulgatam: *Utrum aliqua in jure noſtro contractus definitio extet?* Affirmo nimirum *in l.* 19. *ff. de V. S.* ubi Gœdd. *num.* 17. *& multis ſeqq. & in tract. de contrah. ſtipul. cap.* 1. *concluſ.* 3. *nu* 29. & 30. Gilbert Regius *lib. quæſt. cap.* 8. Bronch. *cent.* 1. *miſcel. contr. aſſer.* 53. Olemann. *diſput.* 24. *ad Inſtit. num.* 5. *&* 6. *in object. & reſol.* Definitur autem & verè, Ultro citroque obligatio: Quæ definitio cum ea eſt ſenſu eadem, qua definitur contractus ultrò citroque conventio ſive pactum obligandi negotium habens: Gœddæus *d. loc.* eleganter & prolixe. Diſſent. Connan. *libr.* 5. *comment.* 2. Donell. *in l.* 1. *ff. de reb. cred.* Bocer. *ad l. h. noſtram, c.* 1. *n.* 1.

Quidam] In iis, qui ſolius recipientis causâ fiunt, leviſſima etiam culpa in iis, qui ſolius dantis utilitatem reſpiciunt, dolus

dolus & lata culpa tantùm, in iis verò contractibus, qui utriusque gratia fiunt, præter latam etiam levis culpa præſtanda eſt, *l. ſi ut certo.* §. *nunc. videndum* 2. *ff. commod. l. ſi ſervus* 108. §. *cum quid* 12. *de legat* 1. Hippol. à Collib. *hic pag.* 97. *in fin.* Bronch. *cent.* 2. *aſſert.* 33.

Dolus igitur & lata culpa præſtatur in depoſito.

De dolo textus eſt *in* §. *pen. Inſtit. de obligat. quæ re cont. l.* 1. §. *in conducto* 19. §. *ultim. ff. depoſ. l. ſi ut certò* §. 3. *ff. commodat.* & *l. hac noſtra.* De lata culpa textus eſt *in l. ſi hominem* 7. *in pr. l. quod Nerva* 32. *ff. depoſ. l.* 1. ubi Sichard. *C. d. tit. l.* 1. §. *is quoque* 5. *ff. de obligat.* & *act.* Ratio eſt, quia nulla ejus verſatur utilitas, apud quem deponitur, ſed deponentis, *l.* 108. §. *cùm quid, de leg.* 1. *l. ſi gratuitum* 17. §. *Papinian. ff. de præſcript. verb.* Hippolytus à Collib. *hic.* & Johan. Ferrar. Montan. *pag. mihi* 114. Itaque ſecurus eſt depoſitarius, qui parum diligenter cuſtoditam rem furto amiſerit, quia qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit, non ei, ſed ſuæ facilitati id imputare debet, §. *pen. Inſtit. d. t.* Sturt. *hîc. pag.* 140. *num.* 6. & 7. Bocerus *hîc cap.* 4. *num.* 3. Non obſtat *l. quod Nerva ff. depoſ.* ubi in fine dicitur, depoſitarium eam diligentiam debere depoſito adhibere, quam ſuis rebus adhibet: Ponamus autem hominem attentiſſimum & diligentiſſimum: Ergo & ſimilem diligentiam in depoſito adhibebit, & leviſſimam quoque culpam præſtabit. Reſpondet ad hoc objectum Bronch. *d. loc. pag.* 180. *in fin.* & *in pr. pag. ſeq* Et hæc ita niſi depoſitarius rei cuſtodiendæ causâ honorarium acceperit, quo caſu levem culpam præſtat, *l. ſi ut certo.* §. 2. *ff. comm. cap.* 2. *extr. depoſ.* Decius *hîc num.* 3. Diſſ. Schneid. *ad d.* §. *pen. Inſt. de oblig. quæ re contr. nu.* 17. Aut depoſito ſe obtulerit, *l.* 1. §. 35. *ff. depoſ.* quo caſu aliquando de levi, aliquando etiam de culpa leviſſima tenetur, ut docet Decius *hic nu.* 4. *arg. d. c.* 2. *extr. depoſ.* Illud in diſputationem ſæpius veniſſe ſcio, utrum in caſu, *l.* 4. *ff. de reb. cred.* depoſitarius de culpâ leviſſimâ teneatur, an verò de caſu fortuito? Prius affirmant Bartolus, Azo, Caſtrenſis, Zaſius & poſt eos Viglius Zuichemus *in comment. ad d. l.* 4. ſequentibus rationibus. I textu *l. quæ fortuitis. C. de pignor. act.* 1. *l. pignus. C. eodem tit.* ubi dicitur, quod periculum ad dominum rei pertineat; ſed in caſu *d. l.* 4. ante eventum cõditionis, deponẽs adhuc eſt dominus. Ergo

Digitized by Google

II. Argumento deſumpto à commodato; Nam ut in commodato caſus fortuitus ſpectat ad dominium commodantem, ſic etiam in caſu *dict. leg.* 4. Nam quemadmodum depoſitum in illo caſu fit gratiâ depoſitarii, ita etiam commodatum fit gratiâ commodatarii. *§. Item is cui. Inſtit. quibus modis re contr. obl.* III. Textu *l.* 1. *§. ſæpe. ff. depoſ.* Poſterius, nimirum in ſpecie *dict. leg.* 4. *ff. de rebus credit.* teneri depoſitarium de caſu fortuito, aſſerunt Johannes antiquus Gloſſator & eum ſecuti Decius, Molinæus, & Donellus. I. Quòd depoſitum in caſu *dict. l.* 4. ſapiat naturam mutui, in quo præſtatur caſus fortuitus à debitore, *l. incendium. Cod. ſi cert. pet.* II. Per *l. rogaſti* 11. *ff. de rebus cred.* III. Per *l. ſi ut certo. §. nunc videndum, ibi, etſi forte. ff. commodat.* ubi commodatarius tenetur de omni periculo, ſi res æſtimata commodata ſit. IV. Quia textus dicit, id depoſitum ejus periculo eſſe, qui ſuſcepit; ſed periculum proprie refertur ad caſum fortuitum, *l. ſi tibi rem inſpiciendam, ff. de præſcript. verb.* dicendum igitur, quod is, qui ſuſcepit, de caſu fortuito teneatur. V. Quia textus loquitur generaliter; generaliter igitur intelligendum eſſe, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de leg. præſt.* Hæc argumenta refellit Viglius *d. loc.* cujus ſen etiam propugnant Fachinæus *libr.* 2. *controverſiar. jur. cap.* 70. & Bronch. *cent.* 2. *aſſert.* 16 *in nov. edit.* ſed ſupradictam opinionem eorum qui in *d. l.* 4. periculum pro caſu fortuito accipiunt, ſequuntur Georgius Lopez. *libr.* 1. *animad.* 12. Bocerus *ad h. n. l.* 23. *in comment. cap.* 3. *numero* 8. Treutler. *volum.* 1. *diſput.* 20. *theſ.* 14. *lit. D.*

Etiam in precario.

L. h. n. & l quæſitum 8. *§. eum quoque. ff. de precar.* Atqui obſtat, quod dixi, in iis contractibus, qui recipientis vel accipientis causâ fiunt, leviſſimam culpam præſtari. Reſpondeo: regulam *dict. l.* 5. *§. nunc videndum* 2. *ff. com.* in precario non obſervari, propter incertam & inſtabilem precarii conditionem, quod omni tempore revocari poſſit; Cum enim regulis juris hic contractus, ut alii, non ſit allegatus, benignius cum eo agendum Prætor putavit, cui, qui dedit, benigne facere voluit, Weſenb. *in parat. ff. de precar. num.* 4. *in fin.* Hippolyt. à Collib. *hic pag. mihi* 99. Sturt. *num.* 17. Bronch. *cent.* 2.

Digitized by Google

cent. 2. *aſſ.* 33. Phil. Matth. *hîc n.* 81. Joh. Ferrar. Mont. *hîc pag. mihi* 114. *& ſeq.*

Culpa levis præſtatur: I. In venditione.

Textus eſt *in l.* 36. *l.* 13. §. *ſi venditor l.* 22. *l.* 49. *ff. de act. empt.* §. *cùm autem. Inſtit. de empt. vendit. l.* 35. §. 4. *ff. de contrahend. empt.* Giphan. *hîc nu.* 15. Johan. Ferrar. *pag. mihi* 119. Ratio eſt; quia in hoc contractu utriusque contrahentis verſatur utilitas. Obſtat *l.* 3. *ff. commod.* ubi dicitur, venditorem talem cuſtodiam præſtare debere, qualem præſtat commodatarius. Reſpon. hoc ſolùm ad illum caſum reſtringendum eſſe in emptione vini, ut emptio illa ante guſtationem vini perfecta non videatur; Hippolyt. à Collib. *hîc.* cui adde Hedem. *diſput.* 28. *theſ.* 30. *lit.* C. Vel reſpondeo aliter hoc modo: Quod prius indicavit Juriſconſultus *in d. l.* 3. venditorem talem diligentiam præſtare debere, qualẽ commodatarius, hoc poſtea declarat, ut magis exactam præſtet diligentiam, quàm in rebus ſuis, ſed non talem præſtabit diligentiam, qualem diligentiſſimus paterfamil. præſtare eſt ſolitus, ſicut commodatarius, *l. in rebus* 18. *ff. commod.* Br. *cent.* 2. *aſſert.* 33. *in fin.* deinde obſtat *l. ſi gratuitum.* §. *ſi margaritam. ff. de præſcript. verb. de qua rurſus vide* Hippolyt. *d. loc. pag.* 101. Tertiò obſtat, quod in contractibus naturaliter ſe in vicem circumſcribere licet, *l. item pretio. ff. locat. l. in cauſæ.* §. *pen. ff. de minor.* Reſpond. enim, circumſcriptionem ſeu circumventionem illam pro fraudulento venditoris conſilio, quod fit ex propoſito, intelligi non debere, ſed pro læſione, quæ re ipsâ fit & incuriâ contrahentium; Bronch. *cent.* 2. *aſſ.* 52. Sturt. *hîc n.* 7.

II. In pignore.

Concordat §. *fin. Inſt. quib. mod. re contrahit. obligat. l.* 13. *l.* 14. *& l.* 25. *ſi ſervos. ff. de pignorat. act. l.* 4. *&* 7. *C. eod.* Johan. Ferrar. Mont. *pag. mihi* 120. Ratio eſt, quia & hic utriusque contrahentis verſatur utilitas; Creditoris, quia res ei magis in tuto eſt; debitoris, quia citius ei & libertius pecunia creditur, Bronch. *cent.* 2. *aſſert.* 33. *in fin.* qui reſpondet *ad l. ſi cùm venderet* 13. §. *fin. & l. ſeq. ff. de pign. act.* Hippol. à Collib. *qui l.* 19. *C. de pign.* quæ etiam objici ſolet, non de exactiſſima, ſed de exacta diligentia, loqui, rectè aſſerit,

III. In locatione.

Facit *l. ſi ut certo. §. nunc videndum 2. ff. commod. l. 9. in pr. §. in exuſtis. cum ſeq l. 11. 13. 19. §. ſi quis dolia. l. 25. §. culpa. ff. locat.* Aliquando tamen leviſſima quoque culpa in hoc contractu præſtatur, *§ fin. Inſtit. de locat. l. ſi merces 25. §. pen. ff. locat.* Marc. Anton. Delrio *ad h l. noſtram. cap.* 11. *pag. mihi* 198. *&* 202. *& ſeq.* Sturt. *num.* 9. Vult. prolixe & eleganter *lib.* 1. *discept. cap* 15. Hippol. à Collib. *hîc pag.* 102. Bronch. *cent.* 2. *aſſert.* 33. Ant. Matth. *in notis ad d. §. fin. Inſt. de locat. conduct.* Philip Matth. *hîc n.* 62. 63. *& ſeq.* Giphanius *hîc. nu.* 15. Johan. Ferrar. *pag* 121. Diſſent. Cujac. à Vultejo allegatus *d. loc.* qui citra ullam conventionem, culpam leviſſimam in hoc contractu præſtari putat. Aliter diſſent. Weſenb. *ad d. §. fin. Inſt. d. t.* qui diſtinguit inter locationem uſus rei, & inter locationem facti: Utriusque opinionem examinat Vult. *d. loc. Si igitur* conductor in hoc contractu non præſtat culpam leviſſimam, per ſe liquet, ab eo multo minùs præſtari caſum fortuitum, *l. h. 23. in fin. l. ſi merces 25. §. vis major. ff. locat. l. 15. §. 1. ff. eod. l. 8. & l. 18 C. locat.* Oppon. *l. 1 C. d. t. & l. 12. C. eo. tit.* Ad quas reſpondet Bronch. *cent. 1. miſcell. contr. aſſ.* 72.

IV. In dotis datione.

Per text. *in l. ſi conſtante 24. §. ſi maritus, & l. ult. ff. ſolut. matrim. & l. ſi ut certo §. nunc videndum. ff. commod.* quia utriusque & mariti & vxoris gratiâ dos conſtituitur. Mariti, quia pro oneribus matrimonii dote fruitur, mulieris vero, quia eò facilius nubit, *l. 1. ff. de jur. dot.* Giph. *hîc n.* 15. Johan. Ferrar. *pag* 122 Hippol. á Coll. *pag.* 103. *hîc.* Phil. Matth. *n.* 72. qui *n.* 74. *&* 73. reſpondet *ad l. in reb. 17. ff. de jur. dot.* ex qua nonnulli colligunt, in dotis datione leviſſimam quoque culpam eſſe præſtandam. Hæc tamen ita ſe habent, niſi res dotales vel æſtimatæ ſint, vel numero, pondere, menſurâve conſtent, aut mulier in mora ſit, *l. 14. l. 16. & l. 42. ff. de jur. dot. l. 9. l. 26. ff. ſolut. matrim.* Hippol. *d. loc.* Diſſ. Broch. *cent. 2. aſſ. 33. verſ. quartum argumentum*, qui in dotis datione regulariter latam tantum culpam præſtari exiſtimat.

V. In tutela.

L. 7. ibi, quicquid dolo vel lata culpa aut levi, *C. arbit. tut. l. 18. ibi,* quod autem dolo vel culpa tutoris, &c. *ff. de tut. & rat. distr.*

Digitized by Google

rat. distra. l. ſine herede 32. §. 1. ff. de adm. tut. l. 4. C. arbit. tut. l. ſi liberti 10. *Cod. de adm. tut. l.* 5. *§. nunc videndum. ff. com.* Boc. *hîc cap.* 4. *num.* 11. Fab. *hîc.* Schneid. *ad §. ſuſpectus. Inſtit. de ſuſp. tut.* Duaren. *ad tit. ff. de adm. tut. cap.* 5. Sturt. *num.* 6. 7. 8. Delrio, Hippol. à Collib. *hîc.* Hartm. Piſtor. *lib.* 1. *quæſt.* 49. (ubi hanc utiliſſimam quæſtionem tractat periculum nominum, quatenus ad tutorem vel curatorem pertineat, & an finitâ tutelâ vel curâ, pupillus ſive minor nomina iſta agnoſcere teneatur?) His adde Jacobum Cramerum *in disceptationibus ad Inſtit. discept.* 19 *poſit.* 4. Diſſ. Accurſ. *in §. 6. Inſtit. de ſuſpect. tut.* Harmenop. *lib.* 6 *epit. tit.* 2. Damhoud. *in patrocinio pupillorum cap.* 7 *num* 7. *& ſeqq.* & alii quos ſequuntur Liber. Hofman & Giphan. *hic num.* 16. *per l.* 1. *ff. de tut. & rat. diſtrah.* & per *l. de omnibus in pr. ff. de tut. l.* 2. *de magiſtr. conven l.* 20. *C. de negot. geſt.* de quibus vide Hippol. *d. loc.*

VI. In negotiorum geſtione.

Facit I. *l.* 11. *ibi,* & culpam & dolum præſtare debes, *ff. de negot. geſt.* II. *l. debitor* 13. *l.* 19. *§.* 1. *l. ſive hereditaria* 22. *ff. d. tit. l. tutori* 20. *l. negotium* 22. *C. eod.* III. Quia actio negotiorum geſtorum eſt introducta, ut allicerentur homines ad abſentium negotia adminiſtranda, *l. ſi quis abſentis* 5. *in princ. ff. de obligat. & act.* Cui actionis hujus fini plane contrarium eſſet, ſi geſtor leviſſimam quoque culpam præſtare teneretur: Tunc enim nemo facile abſentis negotia gereret, Delrio *hîc.* Weſenb. *in parat. ff. num.* 10. *de negot geſt.* Petr. Greg. *libr.* 20. *ſyntag.* 2. *num.* 4. Petr. Fab. *hîc.* & Bocer. *cap.* 3. *numer.* 12. Hippolyt. à Collib. *pag. mihi* 104. Sichard. *in l. tuto* 20. *Cod. de negot geſt.* Gilbert. Reg. *lib.* 1. *ἐναντ. c.* 19. Giphan. *hîc. cap.* 16. *in fin. &* 17. Johan Ferrar. Mont *hîc. pag.* 123. *& ſeq.* Diſſ. Donell. *lib.* 15. *comm.* 15. Cuiac. *in not. ad lib.* 1. *ſent. Paul. tit.* 4. *in princip.* Bor. *ad §.* 1. *Inſtit de obl. quæ ex q. contr. naſc. ibidem* Ant. Matth. Non obſtat; quod mandatarius, cui ſimilis negotiorum geſtor videtur, leviſſimam culpam præſtat. Ratio enim differentiæ hæc eſt; Quia in mandato verus intercedit contractus, in negotiorum geſtione quaſi-cõtractus: Mandatarius vel precibus vel juſſu compellitur, negotiorum geſtor ſummâ amicitiâ motus id facit. Non igitur tanta ab ipſo diligentia exigi debet. Deinde non obſtat, quod in hoc contractu

Digitized by Google

abſentium tantum verſatur utilitas. Non igitur levis culpa ab eo præſtanda ſecundum à nobis ſupra tradita. Diſſolutionem hujus argumenti vide apud Bronch. *cent.2. aſſert.33. pag.*180. *verſic. In tutela & negotiorum geſtione.* & Hippolyt. à Collib. *hîc.* Tertio non obſtat etiam §.1. *in fin. Inſt. de oblig. quæ ex q. contr. naſc.* Exceptio enim à regula ibi proponitur; Aliquando enim non tantùm dolum, latam & levem culpam, verùm etiam leviſſimam geſtor præſtat: nempe ſi alius diligentior abſentis negotia adminiſtraturus fuiſſet, qui contemplatione gerentis non acceſſit, *l. ſi pupilli tui negotia* 6. *in fin. de negot. geſt.* Atque ita commodè quoque intelligi poteſt *l. ſi. mater* 24. *C. de uſur.*

VII. In ſocietate.

Probatur per textum expreſſum *in* §. *fin. Inſt. de ſoc. & d. l. ſi ut certo* §. *nunc videndum. ff. com.* Boc. *c.* 4. *n.* 13. & ibidem Hipp. & Giph. *hic n.* 18. Joh. Ferrar. Mont. *hîc. pag.* 124. *& ſeq.* Ratio adfertur duplex. I. Quia hic contractus utriusq; ſocii cauſa ſit. II. Quia qui parum diligentem ſocium ſibi acquirit, de ſe queri, ſibiq; hoc imputare debet, *d* § *fin.* Verùm rationi poſteriori graviter videtur obſtare §. *pen. ff. de obl. quæ re contra.* ubi ratio hæc eadem adfertur, cur in depoſito duntaxat dolus & lata culpa præſtetur. Reſp. Unius diſpoſitionis cauſas ſæpe plures eſſe: Cur in depoſito dolus & lata culpa tantùm præſtetur, ratio principalis eſt, quia nulla verſatur ejus utilitas, apud quem deponitur. In ſocietate verò, cur præter dolum, etiam culpa levis præſtanda veniat, hæc eſt ratio; Quia par eſt utriusq; ſocii cauſa, lucrum videlicet & damnū. Ita Joh, Niel. *in corol. lit. L. diſput. feud.* 3. Diſſ. Bronch. *cent.* 2. *aſſ.* 33. *verſ. quartum argumentum.*

VIII. In rerum communione.

Ratio eſt, quia utriusque partis gratiâ hic contractus fit, *l.* 16. §. *ſed etſi. ff. fam. erciſc. l.* 4. *in fin. C. com. divid. l.* 20. *ff. eod.* Joh. Ferrar. Mont. *hic. pag.* 125. Opp. *l.* 25. §. *non tantùm* 16. *ff. fam. erciſc. d. l.* 4. *in fin. C. com. div. & l.* 20. *eod.* de quibus vide Hippol. à Collib. *hic pag.* 206. *in fin.* Diſſ. Bronch. *d. cent.* 2. *aſſ.* 33. *verſ quartum argumentum.*

Culpa leviſſima præſtatur I. in mandato.

Confirmatur I. *ex l. à procuratore. C. mand.* ubi procuratorem

Digitized by Google

curatorem ſeu mandatarium in alienorum negotiorum adminiſtratione omnem culpam, non etiam caſum fortuitum præſtare ſcriptum eſt. II. ex *l. in re mandata. C. mandati*, quæ eandem ſententiam apertius poſuit. Non obſtat diſſentientium opinio, qui ll. illas de procuratore ad litem intelligunt. Id enim admitti non poſſe, ſatis inde patet; quia utraque generaliter loquitur: Imò confutatur manifeſtè illa ſententia ex *d. l. in re mandata*: Agitur enim ibi de eo, qui aliena negotia gerit, quo uno maximè ſignificatur agi de eo, qui gerit extra litem, non in lite; quia in lite exercenda unum ferè negotium eſſe ſolet; non plura. Sed & cùm illic dicitur, in re mandata non pecuniæ ſolùm, ſed & exiſtimationis periculum eſſe, apparet dici de quovis mandatario, & procuratore, utpote in quo non litis, ſed ſolùm rei mandatæ ratio habeatur. Deinde non obſtat, quod mandatum plerumque mandantis cauſa fit, ac proinde uti in depoſito, latâ culpa tantùm in hoc contractu præſtanda ſit. Reſpon. enim, diverſum hic ideo ſtatui, quia depoſitum in ſola rei cuſtodia conſiſtit; mandatum verò in agendo. At negotia ſine diligentia geri non debent: qui igitur aliena negotia tractanda ſuſcipit, exactam diligentiam polliceri videtur, quam niſi præſtat, promiſſis ſtet ſe non dicitur. Porrò non obſtat, quòd nemini officium ſuum debeat eſſe damnoſum, *l. ſi ſervus* 61. *§. quòd verò ff. de furt.* Reſpond. id verum eſſe, niſi quis velit ſibi eſſe damnoſum. At hoc vult, qui omnis culpæ periculum in ſe recipit, ut & mandatarius, qui de ſua induſtria pollicetur, & quidem regulariter, ut ſuprà dixi. Id quod etiam patet ex illo Cicer. *pro Sext. Roſc. Quid recipis mandatum, ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum converſurus es? Cur mihi te offers? Cur ſuſcipis onus officii?* Petrus Faber *hîc. num.* 111. *& ſeq.* Henric. Bocer. *cap.* 4. *num.* 5. Hippolyt. à Collib. Giphanius *num.* 14. Donell. *lib.* 13. *comment. cap.* 11. *pag. mihi* 170. *verſic. His partibus poſitis, &c.* Duaren. *ad tit. C. mand.* Gilbert. Regius *libr.* 1. *cap. enant. c.* 19. Adr. Geil *libr.* 1. *obſerv.* 45 *num.* 4. 5. Pacius *cent.* 4. *antinom. quæſt.* 83. Bronch. *cent.* 2. *aſſert.* 33. Diſſent. quidam per *l.* 8. *§. ultim ff. man. l. ſi fidejuſſor* 29. *§. ſi cùm debitor. ff. mand. & l. idemque* 10. *in pr. eod. tit.* Quas conciliat Donell. *d. loc. pag.* 171. *n. marg.* 50.

Digitized by Google

II. In commodato.

Probatur per tex. *in* §. 2. *Inſtit. de obligat. quæ re contr.* ubi Weſenb. Giphan. *hic nu.* 15. *l. ſi ut certo* 5. §. *nunc videndum* 2. *l. in rebus* 18. *in pr ff. comm. l.* 1. §. *ille quidem* 4. *ff. de obligat. & act.* Quibus non refragatur *l. ſi cùm venderet* 13. §. *ult. ff. de pignor. act.* ſecundùm tradita à Cujac. *lib.* 19. *obſerv.* 24. Si tamen ſolius commodatoris utilitas in hoc contractu verſetur, ſolius doli & latæ culpæ nomine commodatarius tenetur *d. l. ſi ut certo. l. eum qui* 10. §. 1. *l. ſi mei* 12. *in pr. ff. comm. l. ſi rem* 18. *in pr. ff. de præſcript verb.* Delrio *hic. c.* 8. & Bocer. *c.* 4. *nu* 6. Gomez. *lib.* 2. *var. reſol. c.* 7. *n.* 3. Si verò utriusque utilitas verſetur, præter dolum & latam culpam etiam culpam levem præſtare cogitur. *l. in rebus* 18. *in pr. verſ. at ſi utriusq. ff. comm.* Gomez. *d. loc. c. num.* 4.

Dolum malum] Rectè: Eſt enim alius dolus bonus, qui ſumitur pro ſolertia, veluti cùm medicus ægros, Imperator hoſtes, milites, gubernator nautas fallit: Talia ſunt ſtratagemata. Dolus malus, de quo hic, definitur *in l.* 1. *ff. de dol. mal.* Dolus bonus ſtruitur quidem hoſti, *l.* 26. *ff. de capt. & poſtlim. reverſ.* Lipſius *libr.* 5. *Polit. c.* 17. ſed ita demum, ſi fides ei data non ſit, *arg. l. ult. ff. de legat. junct. l.* 1. *in pr. eod.* Hotom. *ill. quæſt.* 7. Duaren. *ad l.* 1. *q.* 51. Fachin. *libr.* 6. *controv. cap.* 18. Bronch, *cent.* 1. *aſſert.* 29. Bodin. latè *lib.* 5. *de Repub. c.* 6. Greg. Toloſ. 7. *de Repub.* 20. *n.* 60 *& lib.* 8. *c.* 8. *n.* 10. aliique in diſputationibus noſtris politicis allegati. Diſſ. Machia. *comment. lib.* 2. *c.* 13. *& lib.* 3. *c.* 42. *& c.* 18. *de Princip.* Quem refutat autor commentar: *de Reg. adv.* Machi *lib. theor.* 21. 22.

Culpam] Id eſt, levem. Lata enim ſub dolo continetur in contractibus; *l. quod Nerva. ff. depoſit.* ut & in delictis. Delr. *hic. cap.* 1. Hieron. Treutl: *diſp.* 26. *th.* 2. *lit. A. volum.* 1. niſi agatur ad pœnam corporis, vel res mali exempli ſit, *l.* 7. *ff. ad l. Cornel. de ſicar. l.* 5. *de furt.* Cagnol. *hic.* Treutler. *d. loc.* Cæterùm culpa in genere definitur deſidia cum imprudentia ſeu imperitia conjuncta; *l. ſocius* 72. *ff. pro ſoc.* Et dividitur in duas ſpecies, latam & levem, *argum. l.* 47. §. 5. *ff. de legat.* 1. ibi in illis verbis. *An nunquid. &c.* Zaſ. 1. *reſp. ſing.* 2. Delrio *hic cap.* 1. *pag.* 121, Vultej: *lib.* 1. *diſc. cap.* 15. *pag.* 123. *& cap.* 7. *lib.* 1. *Jurisprud. nu.* 73. Diſſ. Bart. & plerique veterum in *l.* 32. *ff. depoſ.* Reb. *ad l.* 233. *ff. de V. S.* Aliter Cor. *lib.* 4. *miſc.* 1. Eſt autem

lata

Digitized by Google

latâ culpa (quæ alibi latior culpa, comparativo uſurpato pro poſitivo, dicitur *d.l.*32. Vultej *d. loc.*) ſumma & diſſoluta negligentia atque ignoratio, cum quis non intelligit, quod intelligunt omnes, *d. l* 223. *ff. de V.* S. Culpa levis eſt, qua quis non ad eum modum, quem hominum natura deſiderat, eſt diligens, *d.l.* 32. Petr. Faber *hic.* Hæc neque dolo neque caſui fortuito eſt proxima: atque ex eo ut plurimum ſine ulla adjectione, alia ſimpliciter culpa dicitur, adeo ut in dubio, cum in legibus culpæ mentio fit, ea de hac levi accipienda ſit, *l. in venditione* 8. §. *de tempore.* & *l. ſeq.* §. *eſt præterea. ff. de reb. aut. judic. poſſ. l. ſi ſervus* 108. §. *cum quid. ff. de legat.* 1. *l. ſi filio famil.* 25. §. *Maritum ff. ſolut. maritum.* Sed hoc ita procedere ait Delrio, ſi ſubjecta materia aliud non ſuadeat ut in *l. imperitia* 174. *infra h. t.* & §. *imperitia. Inſtit. ad L. Aquil.* Huic culpæ cuſtodia opponitur & diligentia; cujus quot ſunt gradus, totidem ſunt etiam gradus culpæ. Delr. *hic.* Gradus autem diligentiæ ſunt tres: ſummus, medius, & infimus. Summus gradus diligentiæ eſt vehementiſſima & exactiſſima diligentia, cui opponitur culpa leviſſima, *l. in lege* 44. *ff.* ad L. *Aquil. l nec. ſupina* 6. *ff. de jure & fact. ignor. l.* 1. §. 1. *ff. de obligat. & act.* Medius gradus eſt diligentiæ exactæ, cui opponitur culpa levis. §. *fin. Inſtit quibus mod. re contrah. obligat.* à qua leviſſima culpa ſpecie quidem non differt, differt tamen, ut vides, gradu; Quod multis argumentis oppugnat Donell. *lib.* 16. *comm. c.* 7. *pag.* 626. & 627. exiſtimans re & uſu juris culpam levem & leviſſimam eſſe eaſdem, quemadmodum diligentem patremfamil. & diligentiſſimum re idem quoque ſignificare putat. Infimus gradus eſt minimæ & pene nullius diligentiæ, quæ culpæ latæ opponitur, Vultej. *d. lib.* 1. *Juriſpr. Rom. c.* 7. *poſt num.* 84.

Ne dolus præſtetur] Ratio eſt, quia ea quæ pertinent ad formam contractus, immutari non poſſunt, *l.* 27. §. 2. *in fin. ff. de pact.* Atqui ad eſſentiam contractus pertinet, ut in eo mala fides abſit, *l.* 3. *de reſc. vend.* Ergo pacto effici non poteſt, ne dolus, qui bonæ fidei contrarius eſt, præſtetur, Hippol. *in fin. hic.* ubi bene explicat, quæ ſint ſubſtantialia, ſive eſſentialia, & quæ ſint naturalia, ſive adminicularia contractuum. Cæterum Decius hoc in contractibus bonæ fidei tantum recipit, unde reprehenditur à Joh. Ferrar. *hic pag.* 127.

A nullo præſtantur] Caſus fortuitus in nullo bonæ fidei contractu præſtatur, niſi quis periculum ejus in ſe receperit, *l.1. Cod. com.* Hinc in controverſiam à Dd. vocatur; Utrum is qui caſum fortuitum in ſe recepit de inſolito quoque teneatur? Affirmantes ſequor. Is enim propriè caſus nomen meretur, qui eſt inſolitus, *l. fiſtulas* 78. *§. ultim. ff. de contr. empt. l. ex conducto* 15. *§* 1. *ff locat.* Pinell. *in l.2. cap* 3. *numer.* 30. *Cod. de reſcind. vend* Fach *lib.1. contr. cap.* 86. Diſſent. Gomez. *lib.2. variar. reſolut. cap.3. num.* 19. Geil. *lib.2. obſ.23. numer.* 18. Donel. 16. *comment. cap.* 50. Quorum ſententia idcirco quoque corruit, quia generale pactum de caſibus fortuitis recipiendis ſufficit, nec ſpeciali opus eſt, *l.7. §. ſed & ſi quis* 17. *ff. de pact.* Pinell *in d.l.2.c.3. num.*26. Sichard. *in l.1. num.* 8. *Cod. com.* Thom. *deciſ.1. num.*18 Diſſent. Coſt. *in l. ſed & ſi quis. §.4. ff. ſi quis caut in jud. ſiſt cauſ.* per illum textum, & *l.1. C. com. l.22. Cod. de negot. geſt. & l.1. Cod. depoſ.* Ad quas reſpondet Hedem. *diſput.24. th.7.*

DISPUTATIO VI.

QUA ENUCLEATUR Lex.24. & ſeqq. vſq; ad l.41.

Defenſa à

M. SAMUELE EBERTZ Iſnenſe.

Lex 24.

QUatenus cujus interſit] Intereſſe eſt damnum obveniens vel lucrum ceſſans vltra rem ipſam, *argum. l.3. Rem rat. hab. l.2. quod cert. loc. l.24. §. 4. ff. locat. l. vn. ibi, & hoc non ſolum, &c. Cod. de ſent. quæ pro eo, &c. l.11. ff. ad Trebell.* Forcat. Necyom. *Dial.* 41. *numer.* 2. Johan. de Larebec. *tract. de morâ cap.*16. Gœdd. *ad l.81. n.4. ff. de V. S.* quos ſequitur Phil. Matth. *hic.* & Hieron. Treutl. *in diſput.23. theſ.4. lit. C. volum.2.* Diſſ. Ant. Guib. 1. *q. memorab.* 4. cujus argumenta eleganter refutat Gœdd *d. loc.* Hoc vero intereſſe modo tanti, quanti res eſt, *l. 23. ff ad l. Aquil.* modò pluris, *l.1. ff. de act. empt.* modò minoris

minoris, *l.* 9. *ff. ad exhib.* æſtimatur. Treutl. *d. loc. lit.* D. Hinc recte JCtus in hac *l.* 24. id quod cujusque intereſt, non in jure, ſed in facto conſiſtere aſſerit. Jus enim ſemper certum ac definitum eſt, ſed factum incertum, ideoque veritas ejus tota in probationibus conſiſtit, *l. ubi autem* 75. §. *qui id. ff. de verb. obl.* Et in arbitrio judicantis eſt, *l.* 1. §. *quorum alterum ff. ad SC. Turpil.* Treutl. *d. loc. lit.* E. *& ſeqq. uſque ad fin. theſ.* Matth. *d. loc. n.* 6. 7. & 8.

Lex 25.

Plus cautionis] Dupliciter creditoribus noſtris cavemus, vel perſonis, id eſt, fidejuſſoribus, vel rebus, id eſt, pignoribus. Dicit autem Juriſconſultus hic, eam cautionem, quæ fit pignoribus, eſſe priore tutiorem; Cujus rei ratio eſt, Quia minus eſt habere actionem quam rem, *l.* 204. *infr. h. t.* Qui enim pignus habet, paratum habet rei familiaris ſubſidium, vel eo pignori dando, *l.* 1. C. *ſi pignor. dat.* vel poſt denuntiationem id vendendo. At in fidejuſſore perſequendo, & judicii exitus incertus eſt, & inanis interdum actio, ſi fidejuſſor labatur facultatibus, ſi creditum abjuret. Item moleſtiæ magnæ & expenſæ litigandi ſubeundæ ſunt actori, *l. quod debetur* 51. *ff. de pecul.* Verum obſtat *l.* 7. *ff. de prt. ſtipul. & l.* 1 *ff. qui ſatisd. cog.* ubi melius caveri aſſeritur fidejuſſoribus quàm pignoribus. Reſp. Eas leges loqui de prætoriis ſatisdationibus, quæ fidejuſſorem exigunt, non quòd in eo plus cautionis ſit, quàm in pignore, ſed quòd facilius fidejuſſor conveniri quàm pignus diſtrahi poſſit. Philipp. Matth. *hic. num.* 7. & 8. Deinde ideo ſatisdationis illæ prætoriæ fidejuſſorem exigunt, quia formam & legem à Prætore accipiunt, cui nihil addere vel detrahere licet, *l.* 25. *ff. de verb. obl.* Bronch. *cent* 1. *aſſ.* 25. Confer Gædd. *in tract. de contrah. ſtipul. c. nu.* 298. *& ſeqq. & in l. ſatisdationes. n.* 2. *ff. de V. S.* Pac. *cent.* 1. *q.* 67.

Lex 26.

Declaratur hæc lex per *l.* 21. *ſupr. eodem*, & ibi notata à Reguliſtis.

Lex 27.

Nec ex] Conventio privatorum juri publico non derogat, *l.* 45. §. 1. *infra. h. t. l.* 38. *ff. de pact.* Jus autem publicum

dicitur quod continet principaliter utilitatem publicam, & appellatur aliâs jus commune & ſolenne, *l.7 generaliter. ff de pact & in l.hac noſtra.* Exempla hujus rei proponit Bronch. *cent.1.aſſert.42.*

Quamvis obligationum cauſa.] Sententia eſt: Formam contractuum adminicularem (de quâ ſuprà diximus *ad l.23. in fin.*) mutari poſſe, non ſolum ipſo jure, ſed etiam per exceptionem. Si igitur pactum in ingreſſu factum ſit, vel utitur hic JCtus, cum inchoatur actio, ſeu actus, ipſe jure valebit ad actionem informandam, *l.3. de reſc. vend.* Sin ex intervallo, non informabit actionem, ſed exceptionem tantum, *l.6.d.t. l.7.§.quinimo. ff de pact.* Ita Hiyp. à Collib. *hic* cum quo confert Phil. Matth. *n.32.33.34. & 35.*

Quæſtio: Utrum pactum in continenti ſtricti juris contractibus adjectum, actionem quoque informet, ſive inſit ex parte actoris? Affirm.

Per. *l. lecta 40. ff. de reb. cred. l.4. §. fin. ff. de pact. l.7.§.quinimo 5. ff. eod. l. petens 27. C. de pact.* Philip. Matth. *hic num. 49. & ſeq.* Hotom. *quæſt. ill. 35. & libr. 7. obſervat. cap.15. libr. 1. amic. reſponſ. cap. ult. & in d. l. petens 27. C. de pact.* Duaren. *in d.l. Jurisgent. 7.§.quinimo.* Vultej. *lib.1. Jurisprud. Roman. cap. 44.* An Fachin. *libr.2. contr. cap.99.* Gœddi prolixe & eleganter *in tract. de contrah. ſtipulat. cap. 8.* Diſſent. Cujac. *in d. l. Jurisgentium. lib. 2. obſer. 15. lib.10. obſ.24. & tract.8. ad Afric. in explicatione L. Titius 24. ff. de præſcript. verb.* Donell. *in l. in bonæ fidei 13. C. de pact. & in d. l lecta.* Borch. *in comment. ad tit. de pact. cap. ult. num. 46. & 47. & ſeq.* Bocer. *in comm. ad l.23. ſupr. h.t. cap ult. nu.6.* Bronch. *cen.1 aſſert.31.* Giphan. *ad l.23. ſupr. n.19.*

Lex 28.

Eos qui ex liberalitate] Etſi regulariter actionibus ſolidum perſequamur, *argum. pr. Inſtit. de act.* aliquando tamen non ſolidum, ſed minus iis perſequi poſſumus, *§.36. Inſt. d. t.* In id enim tantum perſonas quaſdam convenire nobis licitum eſt, quantum facere poſſunt, non vero in quiddam amplius, *l. 173. infra h. t.* Inter eas recenſetur *à Juſtin. in §.38. in fin. Inſtit. d. tit. & à Juris conſulto in l.h.n.* donator. Ratio eſt, quia incivile eſt, illiberaliter & avarè agere cum eo, qui vere liberalis

liberalis fuit: & ne donator munificentia ſua redigatur ad inopiam, *l.ne liberalitate* 50.*ff.de re jud.* Harprechet *ad d.* §. 38. *Inſtit. de act.* Non obſtat *l.* 41. *Neſennius. ff. de re jud.* de qua videatur Phil. Matth.*hic.num.*5.*& ſeqq.*Cujac.*lib.* 1.*obſer.*17. Giphan.*hic.nu.*3.

Lex 29.

Quod initio] Concordat *l. penult. infra h. t.* Ratio eſt: Quia ſicut tempus non eſt modus inducendæ vel tollendæ obligationis, *l.obligationum* 44. §.*placet.ff. de obligat. & act.* ita nec confirmandæ, *l. ſi minor. ff.de ſerv. expor. cap. non firmatur,de Reg.Jur.in* 6.Phil.Matth. *hic n.* 7. ubi *n.* 8. aliam rationem ſubjicit,& Bronch.*cent.*4.*aſſert.* 100. Exceptio hujus regulæ eſt: Quod ſolo tractu temporis actus ab initio vires non ſumat, niſi nova aliqua cauſa ſeperveniat, quæ actum confirmet,nimirum vel voluntas contrahentium, vel lex ſive princeps Hippolyt. à Collib. *hic pag.* 120.*in fin.* Qua exceptione probe obſervata facile reſponderi poteſt, ad ll. quæ huic regulæ objici ſolent, *ad L. eos qui* 65.*ff. de rit. nupt. l ſi contra* 6.*C.de nupt.l.*60 §.*pen.ff.d.t.l. Stichum.* §.*additio.ff. de ſolut. l. cum vir* 42 *ff. de uſuc. l. unic. C. de contrar. judic. l.* 1.§. *ſed etſi filiusfamil.ff.de legat.* 3. Bronch.& Hiſppolyt. *d. loc.* Ad prædictam exceptionem pertinet, quod, ſi minor major factus, id quod geſſit minori ætate, ratum habuerit, non poſſit id,quod ratificavit ſemel, amplius improbare,adeoq; alienatio nulla ob defectum decreti, per curſum temporis corroboretur non ſecus, atque ſi ab initio res rite alienata fuiſſet,Dd.*in l.* 1.*C ſi major fact. rat. & in l. fin. C. ſi major factus alienat.fact.ſine decreto rat. hab.* ubi Caſtrenſ. *& in l.* 3. §. 1.*ff. de minor.& in l hac noſtra*, ubi Dec.*num.* 11. Cagnol. *num.* 2. Pariſ. *conſil.* 49.*num*24.*& paſſim per tot. vol.* 1. Mynſ. *conſil.* 40.*nu.*13. Quinquam enim aliâs contractum ipſo jure nullam non confirmat ratihabitio, aliud tamen eſt in eâ ratihabitione,quæ à legis expreſsâ diſpoſitione inducitur,ſicuti hoc caſu ipſa lex per curſum temporis ſupplet defectum ſolennitatis & formæ, Menoch *de recup poſſ.rem.*15. *num.*154. *& ſeq.* Cognol. *in h. l. n. num.* 2. *in fin* Pariſ. *conſ.* 49. *num.* 26. Unde curſus ille temporis non eſt præſcriptitius, ſed ratihabitionis inductivus,& ſanat omne nullitatis vitium,ex quovis capite proveniens,Simoncel. *in tract. de decret. lib.* 3.*tit.*9.

Digitized by Google

*nu.*26.*&* 47. Petr. Heig. *lib.* 2. *quæſt.* 19. *n.*7. 8. *&* 9. Cæterum pertinet hæc regula nō ſolùm ad teſtamenta, *l.* 201. *& d. l. pen. infr. h. t.* ſed etiam uti ex modo dictis facile colligi poteſt, ad contractus, *l. obligari. §. tutor. ff. de auct. tut. l. inter ſtipulantem* 83. §. *ſacram. ff. de V. O.* Sturt. *hic n.*12. *& ſeqq.* ubi contraria reſpondet.

Lex 30.

Non concubitus] Scilicet quo ad perfectionem; non tamen quò ad conſummationem: Ab initio enim nuptiæ nudo & ſolo conſenſu ſubſiſtunt. Sic emptio, venditio, licet quò ad conſummationem requirat traditionem rei & pretii, ab initio tamen nudo & ſolo conſenſu recte contrahi dicitur. *pr. Inſt. de empt. vend.*

Conſenſus] Non ſolum contrahentium, ſed etiam parentum, *pr. inſt. de nupt.* Id quod verum etiam Jure Canonico arbitror, *per c. aliter.* 30. *q.* 5. *c. honorantur.* 32. *q.* 53. *c. ſi ſervum.* 31. *q.* 2. Philip. Matth. *hic num.* 31. 32. *& ſeq.* Duar. *ad t. ff. ſolut. matrim. cap.* 2. Coraſ. *lib.* 3. *miſcel. c.* 13. Borch. *in tract. de grad. pag.* 40. Bronch *cent.* 3. *aſſ.* 1. Donel. *libr.* 13. *com.* 20. Vultej. *ad pr. Inſt. de nupt. n.* 16. *&* 17. Diff. Guib. *lib.* 1. *quæſt. mem. cap.* 14. Joh. à Rebert. *lib.* 1. *diſput. propoſ.* 5. Sichard. *in l.* 14. *nu.* 6. *C. de procurat.* Giphan. *hic. n.* 8.

Quæſtio: Utrum deductio in domum mariti ad legitimam nuptiarum conſtitutionem ſolennitas ſit neceſſaria?

Neg. I. per text. expreſſum *in l. ſi donationum. C. de nupt.* II. per *l. Seja. pen. ff. de donat. int. vir. & ux.* Borch. *de grad. pag.* 87. Hippol. à Collib. *hic.* Phil. Matth. *num.* 11. 12. *& ſeqq.* Cothm. *in diſput.* 5. *ad lib.* 1. *Inſtit. coron.* 1. Bronch. *noviſſime cent.* 3. *aſſ.* 7. Diſſ. Pac. *cent* 5. *q.* 47. Hotom. *ill. q.* 25. *& libr.* 4. *obſ.* 22. *& in comment. ad h. l. n.* Giphan. *hic. n.* 1. Ex ejusmodi tamen deductione matrimonium præſumi puto, per tradita à Fachin. *lib.* 3. *contro. c.* 31.

Lex 31.

Verum eſt, neque pacta] Declaratur hæc regula ſatis per illud vulgatum: Quod factum eſt, infectum fieri nequit: Impoſſibilium enim nulla obligatio eſt, *impoſſibilium* 185. *infr. h. tit.* Giphan. *hic. num* 3. Exemplum eſt *l.* 31. *ff. de evict.*

ubi

ubi quæritur, an iis qui ſtipulanti ſpopondit ſervum ſanum eſſe, furem non eſſe, ex ſponſione iſta obligetur ad hoc, ut ſervum ſanum eundemque non furem tradat? Reſpondet JCtus, promiſſionem ad hoc quidem non obligari, ut ſanum & non furem tradat, quoniam impoſſibile eſt, ut ipſius pactione ſanus, non fur ſit is, qui æger aut fur eſt. Verumtamen ex promiſſione iſta teneri eum ait ad id, quod ſtipulatoris intereſt, horum quid eſſe vel non eſſe. Non obſtat *l.* 5. *C. de legib.* quam conciliat Matth *hic.n.*6.

Ut utilem actionem] Senſus eſt, impoſſibilia neque pacto neque ſtipulatione comprehendi poſſe: & ſi forte id fiat, neq; actionem utilem, hoc eſt, efficacem, neque utile pactum, hoc eſt exceptionem & obligationem naturalem fore ſed prorſus inane. Hippol. à Collib. *in fin. hic.*

Lex 32.

De hac lege dictum ſuprà *ad l.* 22. *h.t.*

Lex 33.

In ea quod] Quando & actor & reus lucrifacturus eſt, *hoc eſt*, quando uterque litigantium eandem rem donatam legatam vel ex alia quapiam cauſa lucrativa profectam ſibi deberi contendit, [t]urior eſt cauſa actoris, qui lucrum petit, quam rei, á quo illud petitur. Ratio duplex eſt: I. Quia reus actore fauorabilior eſt, *l.*125. *infra h. t.* Bronch. *cent.* 4. *aſſ.* 94. II. Quia in pari cauſa poſſeſſor ſemper prior haberi debet, *l. in pari* 128. *l.* 126. & *l.* 154. *infrà h. t.* Opponitur I. *l. civile. C. de furt.* II. Oppon. §. 1. *Inſt. de act.* De quibus textibus videatur Hyppolit. à Collib. *hic.* III. Oppon. *l. quoties* 68. *infr. h. t.* ubi in pari cauſa lucri eum præferri vult JCtus, cujus in lucro cauſa tempore præcedit; hoc eſt, qui prior rem ex cauſa lucrativa traditam accepit, non attento hoc, utrum rem illam poſſideat, an non: Siquidem fieri poteſt, ut qui prius rem accepit, nunc cum de ea inter duos contenditur, illam non poſſideat. Verum bene diſſolvit hunc nodum Phil. Matth. *hic num.* 6. 7. 8. & 9.

Lex 34.

Vide ſupr. *l.* 9. *h. t.*

Quod in regione] An contrahentis prius quam regionis conſuetudo inſpici debeat, dubium eſt. Decius *num.* 8. *hic.*

Digitized by Google

contrahentis conſuetudinem primùm inſpiciendam tradit; quem leviter reprehendit Cagnolus *hic numer.7.* qui exiſtimat regionis conſuetudinem prius intuendam eſſe, & contraria ad vltimas voluntates refert, quem ſequi videtur Sturt. *in fin.hic.*

Lex 35.

Nihil tam naturale] Concordant *l.* 100. *&* *l.*153. *infra h.t.* in cujus L. fine ponitur exemplum huiuſmodi: Ut nulla poſſeſſio acquiri niſi animo & corpore poteſt, ita nulla amittitur, niſi in qua utrumque in contrarium actum eſt. Cui exemplo tamen graviter obſtat *l. 3.§. in amittenda. ff. de acquir. poſſ.* ubi ſolo animo poſſeſſio amitti dicitur: pro conciliatione videantur tradita ab Hippolyto *in fin. hic.* Philip. Matth. *num.6.7. & ſeq.* Cont. *lib.1. diſput. c.9.* Petr. Fab. *hic.* Borch. *in tract. de acquir. poſſ. cap.8. numer.2.* Pac. *cent.6.q.96.* Ulterius opponitur huic regulæ, quod prodigo bonorum adminiſtratio decreto magiſtratus adimitur, & tamen abſque decreto ipſi reſtituitur, ſi frugalitatis mores poſtea recuperauerit, *l.1.§.1. ff. de curat. furioſ.* Reſpondet Gœd. *in tr. de contr. ſtipul. cap.7. concluſ.*10. *numer.*163. A quo diſſent. Walther. *lib.1. miſcell. cap.*38. qui ut recipiat prodigus bonorum adminiſtrationem, & è numero prodigorum eximatur, opus eſſe contrario decreto contendit. Inſuper non obſtat *pr. Inſtit. quibus mod. toll. obl. l. penult. ff. de ſolut. & l. ſi accepto* 19. *in pr. ff. de accept.* de quibus quoque videatur Matth. *numer.15.16. & ſeqq. hic.* pro declaratione ulteriori hujus *l.*35. & ll. concordantium hujus tit. faciunt ea, quæ tradit Fichard. *tom.2. conſil.*83. *num.2. & conſil.*146. *num.*41. Revocationis, ait, & reſolutionis actus, ejus eſt naturæ, cujus eſt conceſſio & productio; Et eadem ſolennitas requiritur in conficiendo actu, quæ requiritur etiam in eodem diſſolvendo. Ideo teſtamentum coram ſeptem teſtibus confectum, non poteſt revocari coram duobus teſtibus, ſecundum Cagnolum hic; & Jaſon *in l. omnium, in 5. notabili. C. de teſtam.* Bal. *in l. final. col.* 3. *verſ. ut ſcias. C. de fidejuſſ.* Hyppolyt. de Marſil. *in pract. crim. in §. reſtat. n.*7. *cum ibi concord.* & Zaſ. *conſil.2.n.*31.

36.

Culpa eſt] Concordat *c. non eſt* 19. *de* R. *Jur. in* 6. Procedit

autem

autem hæc regula reſpectu tertii, ſcilicet: Si ego rem vindicem, tu ejus defenſioni te offeras & litem mecum conteſteris, poſtea vero neges te poſſidere, non es audiendus, quia culpa eſt, &c. Confert *l.25.ff.de rei vind.l.13.§.13.l.14.ff.de pet. her.* Hierón. Treut. *in diſput. Pand.10.de neg. geſt. theſ.1.lit.E.* Procedit quoque hæc regula in adſeſſore, qui videtur ſe aſſerere peritum, & ideo propter imperitiam tenetur, *l.2. quod quisque jur.* Item in medico, cui pari ratione imperitia imputatur, *l illicitas. §.ſicuti ff. de offic. præſid.* Delinquit enim quis officium alterius vſurpando, *cap.tua nos. de homi.* Non tamen locum habet hæc l. in negotium geſtore, quia cùm naturaliter homo homini officium debeat, *l.ſervus ea, ff. de ſerv.export,* magis officium ſuum videtur adimplere, quam culpabiliter rei alienæ ſe immiſcere; Sic in ſimili appellans pro damnato facere rem ſuam videtur, quaſi ſua interſit ratione illius officii & cognationis, quam inter homines natura conſtituit, *l.ut vim.ff.de J. & J. l.non tantum.de appell. l.11. & fin. ff. quand. appell.* Ita Dec. *hic.numer.3.* & Dyn. *in d.cap non eſt 19.de Reg Jur. in 6.num.7.* Hippolyt. à Collib. *hic pag.141.* Diſſent. Philip. Matth. *hic.* qui hanc noſtram regulam negotiorum geſtorem, etiamſi is ſedulò, quàm maxima potuit fide, res abſentis geſſerit, cumprimis reſpicere aſſerit, ac exinde ad culpam leviſſimam præſtandam eum teneri concludit.

Lex 37.

Nemo] Id eſt, qui condemnare poteſt, is abſolvere quoque poteſt. Congruit *l.3.ff. de re judic.* Giphan. *ad h.l.num.2.3.4. &* 5. ubi ad contraria reſpondet. Alii aliam legis hujus lectionem eſſe contendunt, hanc nimirum: Nemo, qui condemnare non poteſt, abſolvere poteſt. Ut ſenſus ſit: Abſolvendi poteſtatem ei demum conceſſam, qui cōdemnandi poteſtatem habet, Quæ ſententia recte rejicitur à Matth. & Hyppolit. *hic pag.145.arg.l.vlt.C. ubi ſen. vel clariſſ. conven.* Ibi enim delegatus principis licet viros illuſtres abſolvere poſſit, inconſulto tamen principe condemnare non poteſt.

Quæſtio: Utrum Princeps noxios ultimo ſupplicio liberare poſſit? Neg.

Quia propter vigorem publicæ diſciplinæ intereſt Rei-

Digitized by Google

publicæ ne delicta maneant impunita, *l. 51. ff. de l. Aquil. l. 6. §. illicita. C. de publ. jud.* Nec obſtat, quod ſecundum hanc regulam noſtram, qui poteſt condemnare, etiam abſolvere poſſit. Reſp. enim, Principem eo tantum jure abſoluere poſſe, quo etiam condemnare poteſt. Atqui ſine juſta cauſa neminem cōdemnare poteſt. Ergo nec abſolvere poteſt. Hipp. a Collib. *hic.* Hotom. *hic.* & eleganter Heig. *part. 2. q. 24. nu. 33. uſque ad nu. 44.* Domin. Sot. *de J. & J. lib. 2 art. 8. q. 3.* Petr. Martyr. *loc. comm. claſſ. 4. loc. 14. n. 2. cum ſeq.* Lambert. Danæ. *Eth. Chriſtiana. libr. 2. c. 13. & lib. 6. Polit. Chriſtia. in Aphoriſm. de judic. crim. nu. 11.* Bodin. *de republ. lib. 1. c. ult.* Vaſq. *illuſtr. controv. lib. 1. c. 27.* Covar. *lib. 1. var. reſol. ult. nu. 8.* Farinac. *prax. crim. lib. 1. q. 6. n. 15. & ſeqq.*

Lex 38.

Sicuti pœna] Ut eò melius de Regulæ hujus ſententia conſtet, genera actionum, quibus heres ex dolo defuncti cōvenitur, obſervanda ſunt. Aut enim deſcēdit actio ex dolo in contractu, aut in delicto commiſſo: Et hæc, quæ ex delicto deſcendit, rurſus aut mere pœnalis eſt aut rei perſecutoria: Priori caſu, nimirum, quando actio ex contractu deſcendit, hæres in ſolidum tenetur, non tantum in id quod ad eum pervenit, *l. 152. & l. 157. infr. h. t. l. ex depoſiti 12. ff. de obl. & act.* Et ratio eſt: quia contractus ad rem familiarem pertinent & ad jus hæreditatis univerſum. Æs enim alienum per omnia debitoris bona fuſum eſt *l. ſi fideicommiſſum 50. §. 1. de judic.* In delictis ſecus eſt, quia in iis non jus verſatur, ſed factum: proinde (ut mox ſubijciam) heres in pœnam ſuccedere non dicitur *l. pen. ff. de damn. infect.* Bronch. *cent. 4. aſſert. 36.* Phil. Matth. *num. 11. & 12.* Diſſent. Hippol. Coll. *hic. pag. 151. ibi* Jam videamus, ſi dolus à defuncto in contractu admiſſus dicatur, &c. Porro ſi actio ex delicto deſcendens pœnalis ſit, heres, niſi in quantum ad eum pervenit, non tenetur, & de hoc caſu intelligenda eſt regula hæc noſtra, *& l. 44. l. 111. §. fin. infr. h. t.* Bronch: *d. loc. & cent. 4. aſſert. 66.* Matth. *hic. num. 8. & 9.* Giphan. *ad h. l. n.* Rationem aſſignant hanc: Quia ſicuti æquum eſt, ex defuncti delicto heredem non teneri, quia pœnæ ſuos autores ſequi debent, *l. ſancimus. C. de pœn.* Ita æquum quoque eſt, ut ex defuncti maleficio heres etiam lucrum non ſentiat, quia turpia lucra

pia lucra heredibus extorquenda ſunt, ne alieno ſcelere ditentur. *l. in heredem. ff. de calum.* Diſſent. *& hic* Hipp. á Coll. *pag. mihi* 149. exiſtimans, pœnalem actionem in heredem non dari, etiamſi aliquid ad eum pervenerit. Notandum illud omnino *hic* quod hæc pœnalis actio aliquando etiam in ſolidum adverſus heredes detur, ſcilicet ſi lis cum defuncto conteſtata ſit *l.* 139. *& l.* 164. *infra h. t.* Bronch. *d. loc.* & Matth. *hic. num.* 33. Quod ſentiendum de actione deſcendente ex delicto rei perſecutoria? Hanc quoque quidam adverſus heredem non in ſolidum, ſed in quantum ad eum pervenit, dari exiſtimant, inter quos ſunt Hyppol. *hic d. pag.* 149. Gomez *var. reſol. tit. de delict. cap.* 1. *n.* 85. Hartm. Piſtor *lib.* 1. *quaſt. jur. q.* 27. *n.* 2. Fachin. *lib.* 9. *contr. c.* 5. Far. *lib* 1. *quaſt. criminal. tit. de inquiſitione, quaſt.* 10. *n.* 64. Contrarium vero recte meo judicio ſentiunt Covar. *lib.* 2. *var. reſol. c.* 3. *n.* 7. Ant. Fab. *lib.* 4. *conject. jur. c.* 1. Petr. Fab. *ad l. h. noſtram. n.* 20. Phil. Matth. *hic. num.* 11. Ant. Matth. *in not. ad §. ult. Inſtit. de furt. per §. non autem. Iuſt. de perp. & temp. act. & l. in honorariis* 35. *ff. de obl. & act.*

Quæſtio: Utrum condictio furtiva detur adverſus heredem furis in ſolidum. Aff.

I. Quia eſt actio rei perſecutoria, *l.* 7. *§ fin. ff. de cond. furt. l. ancilla* 12. *C. de furt.* II. per text. *in l.* 9. *de cond. fur.* Phil. Matth *hic n.* 22. 23. *& ſeqq.* Donell. *lib.* 15. *com. c.* 29. Ant. Fab. *lib.* 4. *conject. c.* 1. Fachin. *lib.* 9. *c.* 5. Weſ. *in par. ff. de cond furt. num.* 7. Bronch. *cent.* 2. *aſſ.* 39. Ant. Matth. *in not. ad §. ult. Inſt. de furt.* Arumæ *diſput.* 17. *ad Inſt. Exerc.* 9. Guilhelm. Forſter. *diſput. ultim. p.* 1. *theſ.* 6. Diſſent. Cujac. *lib.* 7. *obſerv. cap.* 37. *& lib.* 13. *obſ.* 37. *& in parat. C. de cond furt.* Herm. Vultej. *ad §.* 14. *num.* 11. *Inſt. de act.* I. Per *l.* 9. *§. fin. & l. ſeq. ff. de tut. & rat. diſtrah.* Condictio furtiva morte heredis interit. Ergo. Sed recte reſpondetur, verba illa, *Morte furis*, referenda eſſe ad cæteras actiones, quarum ibidem fit mentio, actionē nimirū furti, & damni injuria dati. II. Per *l. fin. C. rer. amot.* Actio rerū amotarum non eſt in ſolidum prodita adverſus heredes. Ergo nec conditio furtiva, *l. contra. §. ſi poſt. ff. eod.* Verum recte negatur antecedens, & aliter, quam vulgo, explicatur *d. l. fin.* ab Antonio Fabro *d. loc. pag. mihi* 146. III. Per *l.* 3. *§. penult. ff. de pecul.* At fruſtra. Alia enim eſt ratio patris,

Digitized by Google

alia hæredis. Hic ſuccedit etiam in vitia defuncti, *l. 11. ff. de div. & temp praſc*. Ille in vitia filii non ſuccedit, niſi quatenus heres ejus ſit; aliâs ipſi filiolam, condici debet, *l. 5. ff. de cond. furt. l. 58. ff. de R. Jur.* aut pater de peculio duntaxat, quatenus locupletatum eſt, conveniri poteſt. IV. Argumento actionis in factum ex cauſa doli, quæ datur electio de alienatione judicii mutandi causâ factâ, quæ & ipſa rei perſecutionem continet, nec tamen in heredem datur, niſi in id quod ad eum perveniat. Diverſa autem eſt ratio harum actionum, uti oſtendit Ant. Fab. *d. loc.*

Lex 39.

In omnibus cauſis] Declaratur hæc regula *per l. 161. infra h. t.* ex qua eam non ſolum in actibus inter vivos, ſed in ultimis quoque voluntatibus locum habere manifeſtum eſt: Quoties, inquit Ulpian. per eum, cujus intereſt conditionem non impleri, fit quo minus, impleatur, perinde habetur, ac ſi conditio impleta eſſet. Obſtat *l. 24. ff. de cond. & demon.* ubi affirmative legitur hunc in modum: Cujus intereſt conditionem impleri: Verum cum magni nominis JCtis, Donello *ad l. in executione* 85. §. *fin. ff. de V. O.* Hotom. *lib. 4. obſ.* 21. Gothof. *ad d. l. 24. lit. C.* & Philip. Matth. *hic* negationem ob cauſas ab iis adductas addendam arbitror. Cæterum per eum cujus intereſt, intelligendus eſt non tantum debitor, ſed etiam alius, in cujus perſona conditio impleta eſt, ſi per eum quo minus conditio impleatur, ſteterit, *leg. 3. ff. de cond. inſt.* Sed quid ſi prorſus per extraneum mora fiat, quo minus impleatur conditio? Idem dicendum arbitror *per l. 8. §. quoties. ff. de cond. inſt. l. 57. ff de legat. 1* Quibus non obſtat *l. 23. §. 2. ff. ad l Aquil.* uti bene declarat Cujac. *ad l. 85. §. fin. ff. de V. O* & ex eo Hipp. à Coll. *hic.*

Lex 40.

Furioſi vel ejus] Æquiparatur hic prodigus furioſo non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ſcilicet quò ad rerum ſeu bonorum alienationem: Quo ad acquiſitionem enim pupillo omnino ſimilis eſt, *l. 5 § 1 ff. de acquir her.* Sturt. *hic. n. 7. & 8.* Connan. *lib. 6. comm c. 6.* Matth. *hic. nu. 6. 7. & 8.* De furioſo plura videantur *ſupr. ad l. 5. h. t.*

Quæſtio: Utrum prodigo bonis interdicatur decreto magiſtratus? Affir.

Per

Per *l. patri 27. in princ. ff. de min l. ſed etſi 25. §. conſuluit 11. junct. l. quod ſi poſſeſſor 17. ff. de petit. her. l. certi 9. §. quoniam 3. junct. §. Sed etſi 7. ff de rebus cred. l. his qui 12. §. ult. ff. de tut. & cur. dat. l.* Julianus 10, *in pr. l. mulieri 15. in pr. l. ſi furioſo 16. § 1. ff. de curat. furioſ. l. is cui 6. ff. de verb. obl.* ubi Cujac. & Duar. Borch *intr. de pact. c. 4. nu. 10. & 11. & ad t. tale V. O. c. 3. nu. 55. & ſeq.* Phil. Matth. *hic. n. 18. & ſeqq.* Gœdd. eleganter & prolixe *in tract. de contr. ſtip. cap. 7. concluſ. 10.* Giphan. *hic.* Vigl. Baro. Weſenb. & alii *ad §. item prodigus 3. Inſtit. quib. non eſt permiſ. teſtam fac.* Connan. *libr. 9 comment. c. 4 n. 11.* Balduin. *ad frag. LL. XXII. tab.* Briſſon. *lib. 5. formul. ſolen. pop. Rom. fol. 511.* Et vero ſi fides aliqua eſt, quæ circumferuntur vulgo, fragmentis L L. X I I. tabularum, non obſcure ex iis colligitur, quod olim moribus, ut inquit Ulpian. *in l. 1. ff. de curat. furioſ.* introductum fuit, ut bonorum adminiſtratio prodigis interdiceretur; poſteá L L. X I I. tabularum ita receptum & probatum, ut per prætorem iſtud expediretur. Sic enim legis habent verba: UT QUI PRODIGUS EXISTERET, EI PRÆTOR CAUSA COGNITA, &c. Et ſane exempla, quæ á Balduino & Briſſonio dictis locis afferuntur, ita loquuntur, ut omnino videantur ſententiam magiſtratus requirere. Neque obſtat huic ſententiæ *d. l. 1. ff. de curat. furioſ.* ubi dicitur lege interdici prodigis bonorum adminiſtrationem. Non enim ad ita accipiendum eſt, quod tantum lege absque magiſtratu interdicto illa fiat, ſed quod auctoritate, poteſtate & iuſſu LL. XII. tabularum, ut recte Accurſius id explicavit, bonis interdiceret prætor. Lex enim XII. tabularum, ut ex recitata interdictionis formula patet, id injunxerat, præſcripſerat & mandaverat prætori, non alii magiſtratui. Atque ita accipiendum eſſe hoc, argumento eſt *l. 6. § tutoris datio. ff. de tutel. l. 1. ff. de tut. & curat. dat. ab his. & l. 1. ff. de off. ej. cui mand. eſt juris d.* Neque igitur recte dicunt illi, qui olim quidem ſola lege interdictionem bonorum factam fuiſſe ſcribunt, hodie vero id ſecus eſſe & requiri ad illam ſententiam magiſtratus. Quod enim in *d. l. 1. ff. de curat. fur. & § furioſus. Inſt. de curat.* dicitur olim ex L L. X I I. tabularum prodigos fuiſſe in curatione agnatorum, verum eſt, neque pugnat nobiſcum. Erant enim ſola lege abſque ullo facto magiſtratus in curatione agnatorum; bonorum tamen

interdictio non ſolâ lege fiebat, ſed interventu magiſtratus. Ac proinde ſimulatq; magiſtratus prodigis bonis interdixiſſet vi legis, jam ipſo jure vel lege redigebantur in curam agnatorum ſuorum abſque ullo magiſtratus facto vel inquiſitione ulteriori; Poſterius tamen hodie mutatum eſt, ita ut nunc prodigis magiſtratus ex inquiſitione eum, quem velit, det curatorem, *d. l. 1. & d. §. furioſi.* Parum conſideratè loquuntur & illi, qui bonis interdici prodigis ipſo jure volunt, ad curatores tamen ipſis dandos opus eſſe decreto magiſtratus. Differente enim nonnihil curatoris datione magiſtratu, fiet ut nec ipſe prodigus, ut cui jamdudum ipſâ lege, quod illi volunt, adempta eſt habeat bonorũ ſuorũ adminiſtratione nec ejus nomine alius, quod abſurdũ videtur. Neq; porrò facit ad rem, quod dicitur *in l. palã. §. quæ in adulterio. ff. de rit. nupt.* ſolam legem in adulterio deprehenſam notare, non ſententiam judicis. Nam diſertè, teſte ipſo Ulpiano, iſtic ita cautum erat, ut deprehenſa in adulterio ipſo facto, ex ſolâ lege, citra ullam condemnationem, eſſet notata. At ſecus erat in interdictione bonorum ex LL. XII. tabularum. Illa enim, ut ſupra probatum eſt, ipſum prætoris factum ad hoc requirebat. Per plures rationes diſſentit Donellus *ad l. 6. ff. de verb. obligat.* & noviſſimè Andreas Fachinæus *libr. 2. controverſ. cap.* 63. quæ refelluntur à Dd. pro noſtrâ ſententiâ adductis.

Corollaria ad Disp. Sextam.

I. Utrum Emphyteuſi conceſſâ alicui & filiis ſuis, veniant fœminæ?

Affir. per §. *Emphyteuſin: in Auth. de non alien. reb. Eccleſ. & argum. l. juſta. & l. pronunciatio. ff. de V. S.* Salicet. *in l. 2. q. 17. de* Jur. *Emphyt.* Dec. *ad L. 1. de Reg.* Jur. Alciat. *in l* 1. *de V. S.* Covar. *lib. 1. var. reſolut. cap.* 18. *num.* 1. & noviſſimè Andreas Fachin. *lib.* 8. *controv. jur. civ. c.* 97. Diſſ. Roland. à Vall. *conſ.* 93. *lib.* 1 Burſat. *conſ.* 80. *n.* 7. Aurel. Corb. *de Jur. Emphyt. cap.* 11. *n.* 3. *& ſeqq.*

II. Utrùm princeps peſte infectos de ſuis domibus ejicere, & bona eorum mobilia, in quibus

peſtis de facili conſervari ſolet; ut ſunt lecti & pelles, & his ſimilia, comburi mandare poſſit.

Affir. cum Ludov. à Peguera *quæſt. crim.* 8. Sed rurſus quæritur; An hoc caſu domino, ad pretiũ bonorum princeps teneatur? Neg. per tradita ab Eberh. Speckhan *cent.* 1. *q.* 12.

III. Utrum cuſtodes tempore peſtis, portis adpoſiti & deſtinati, ab ingreſſu loci arcere quoscumque poſſint?

Affirmo ſub diſtinctione, quam adhibet Eberh. Speckhan *d. loc. q.* 11.

IV. Utrùm clientes contrahentes cum advocatis vel conſultoribus ad numerum chartarum vel foliorum paciſci debeant?

Neg. cum Speckhan *d. loc. q.* 34.

V. Utrùm litis conteſtatio affirmatiuè vel negatiuè tantùm fieri poſſit?

Poſterius aſſero per *l. rem non novam.* § *patroni autem. C. de jud.* & *l. un. C. de lit. conteſtat.* Nicol. Vigel. *in libello de litis conteſt.* & *libr.* 7. *ff. cap.* 1. *quæſt.* 1. quem prolixè defendit Joh. Nicll. *diſput. feudali* 16. *theſ.* 4. *lit.* E. Diſſ. Gœdd. *ad l.* 37. *ff. de V. S.* Treutl. *diſput.* 12. *theſ.* 2. *lit.* C. & *diſp.* 14. *th.* 15. *lit.* C. *vol.* 1. Giphan. *ad l.* 86. *n.* 5. *infr h. t.*

VI. Venditor ab emptore in Jus uocatus, ut rem venditam traderet, comparuit in termino, & contra actionem propoſitam exceptionem peremptoriam pretii non ſoluti oppoſuit? Quæritur, utrùm illa exceptio impedire poſſit litis conteſtationem?

Affir. cum Andr. Gailio *lib.* 1. *obſ.* 17.

VII. Utrùm in litis conteſtatione utriusq; litigantis præſentia præcisè neceſſaria ſit?

Neg. cum Sichard. *ad rubric. tit. C. de lit. con. num.* 4. Schwartzthal *lib.* 2. *act. c.* 1. *n* 11. Diſſ. Mynſ. *cent.* 1. *obſerv.* 38. Treutl. *diſp.* 12. *th.* 2. *lit.* C. *vol.* 1.

Digitized by Google

VIII. An litis conteſtatio veris vel quaſi- contractibus annumeranda ſit? Poſterius aff.

I. Quia verus contractus conventionem, id eſt, conſenſum deſiderat, *l.* 1. §. *conventionis. ff. de pact.* Sed judicium invitum & non conſentientem redditur, *l. inter* 83. §. 1 *verſ. judicium autem. ff. de verb. obl.* id eſt, cogi quis poteſt, ut judicium accipiat, ſive litem conteſtetur; *l. ſumma* 21. §. *ult ff. de pecul.* Ergo. II. Si litis conteſtatio eſt verus contractus, eſt vel nominatus vel innominatus. Eſt enim hęc generalis contractuum diuiſio quædam, *l. jurisgentium* 7. §. 1. *ff. de pact.* Nominatus contractus non eſt; Hic enim vel conſenſu conſtat, id eſt, ſolo conſenſu, vel rei traditione, vel verbis vel literis. §. *ult. Inſt. de oblig.* Sed litis conteſtatio non conſtat conſenſu; ſiquidem reus etiam non conſentiens litem conteſtari invitus tenetur, uti dictum. Non conſtat etiam rei traditione; alter quippe alteri nihil tradit. Unde obligatio hujus negotii initium capiat. Nec conſtat verbis vel literis; quia neque actionem ex ſtipulatu producit, neque eam actionem, quam contractus literarum parit, ſed actionem iudicati. Non eſt etiam litis conteſtatio cõtractus innominatus; tum quia non producit actionem pręſcriptis verbis, ſed actionem judicati, ut dixi; tum quia, ut innominatus ſit contractus negotium aliquod, neceſſe eſt, ut confeſtim vel res detur vel factum intercedat; *l.* 1. §. *item emptio. verſ. permutatio autem. ff. de rer. permut. d. l.* 7. §. 2. *ff. de pact. l.* 15 *ff. de præſcript. verb. l. ultim. ff. de cond. cauſ. dat.* Non eſt ergo litis conteſtatio proprie, ſed quaſi contractus, id quod ſentit etiam Accurſ. *ad l.* 3. §. *idem ſcribit. verb. judicio contrahi. ff. de pecul.* Joh. Lopez *in tract. de lucris mariti & uxor. c.* 12. *n.* 15. *pag.* 368. Johan. Oldendorp. *claſſ.* 1. *act.* 12. & Johan. Copius *in method. Inſt. analyſi tit. de obligat. quæq. ex contract. naſcunt.* Diſſ. Hugo Donellus. *ad rubric. tit. ff. de rebus cred. num.* 22. & *lib.* 12. *comment. c.* 14. cuius fundamenta refutat Henr. Boc. *diſput.* 18 *th.* 27. *claſſ.* 2.

DISPUTATIO VII.
QUA ENUCLEATUR
L.41.& ſeqq. uſq; ad leg.52.

Propugnata à

JOHANNE JACOBO BONTIO
Spirenſi Nem.

Lex 41.

N*On debet actori*] Cum fauorabiliores ſint rei actoribus, mirum non eſt ſi omnia reo licent, quæ actori conceduntur: & contra, ſi omnia actori denegantur, quæ reo permittuntur. Antecedens probatur per textum expreſſum *in l. fauorabiliores 125. infr h.t.* quam legem eleganter & prolixe explicat Menochius *libr.2. præſumpt.90.* Exemplum eſt in *l.4. & in l.vltim. C. de edend.* ubi actor reo inſtrumenta edere tenetur, non contra reus actori. Sed obſtat, quod maxima in judiciis ęqualitas ſit ſeruanda. *arg. l. penult. C. de poſtul* Unde dicendum videbatur, cùm reus actori inſtrumenta edere teneatur, reum quoq; idem actori præſtare teneri. Reſpondeo, rationē diverſi hujus juris eſſe maximam. Quia enim actor petitionē ſuam proponendo jam aliquid facit, in quo facto dolus ineſſe poteſt, cùm petere poſſit id, quod ſibi nō debetur: Reus autem conventus, cùm adhuc nihil fecerit, doli ſuſpectus eſſe nequit, quare ut appareat, utrum actoris petitio juſta ſit, an verò injuſta, is reo inſtrumenta edere tenetur: Reus autem actori non item, ad actoris intentionem fundandam. In reo ſiquidem ratio modò allata ceſſat. Et hæc ratio innuitur in *d.l fin. C. de edend. ibi*, An ex parte ejus, qui aliquid petit, quique doli exceptione ſubmoveri ab intentione petitionis ſuæ poteſt &c. Atq; hæc in tantū vera ſunt, ut reus ne quidē ad intentionem actoris fundatam adjuvandam, replicationemve ejus probandam inſtrumenta edere teneatur. Etenim *d.l.4. C. de eden.* generaliter affirmat, reum non teneri actori inſtrumenta edere Ergo quoque generaliter eſt intelligenda, ita ut ex ejus ſententia nullo caſu ſine ſpeciali judi-

Digitized by Google

cis juſſu: reus actori inſtrumenta edere cogatur. *arg. l. 9. §. 1. ff quod met. cauſ. 8. de Publ. in rem act.* Donell. *in d. l. ult. nu. ult.* Weſenb. *in par. ff. de eden. num.* 12. (Contra quem idem hoc caſu de rationum editione ſtatuimus cum Treutl. *diſp* 5. *th.* 4. *lit. A. vol.* 2.) Diſſ. Bart. & Dd. *com. in d. l. ult* Coſtal. *de eden.* Gothofr. *in l pen. ad l. Falc. lit. G.* & noviſſimè Bronch. *cent* 2. *aſſ.* 92. qui & rationes & inſtrumenta reum actori edere cogi ad confirmandam replicationē affirmant; Deinde obſtat *l. de die* 8. *ff. qui ſatisd. cog.* ubi dicitur; Si reus fidejuſſorem dederit judicio ſiſtendi cauſa, nec conventum ſit de die, quo ſiſti debeat, in poteſtate actoris eſſe diem conſtituere, *& l.* 83. *§. ſi Stichum. de verb. obl l.* 66. *ff. de judic.* ubi aſſeritur, quòd actoris ſit interpretatio; ſi utatur intentionè vel oratione ambigua; Reſpondet Bronch. *cent.* 4. *aſſert.* 98. in conſtituendo ſeu ordinando judicio plùs faveri actori quàm reo; in qua ſententia quoque eſt Bartol. *in d. l. de die.* Decius *in d. l. favorabiliores, infrà h. t. num.* 2. & Cagnolus *ibidem nu.* 8. Diſſent. Jaſon. *in d. l. de die. in pr. num.* 2. *verſ. nunc aſſume, &c.* Alciatus *de præſumpt. rep.* 3 *præſ.* 4. *num.* 8. Menoch. *d. loc. num.* 17. Tertiò obſtat, quòd reus per reſcriptum Principis ad non ſuum judicem trahi poteſt *l.* 2. *C. de dilat.* à reo autem actor non item. *Novell.* 69. *cap.* 1. Reſpondetur, hoc fieri propter difficultatem probationum. Cùm enim actori onus probandi incumbat, non ſine urgente cauſa extra territorium revocari debet, ubi difficiliùs forſan ſuam intentionem probare poterit. Treutler. *in diſput.* 3. *theſ.* 9. *volum.* 1. Hedem. *diſput.* 3. *theſ.* 56. *lit. D.* Quartò obſtat *l. cum Clericis* 25. *de Epiſc. & Cleric.* ubi actori licet unum ex pluribus ordinariis rei conventi judicibus eligere, quod reo non permittitur. *l. nemo. C. de jurisd.* Reſp. Sturt. *hic n.* 8. *qui n.* 10. *ibid.* reſpondet quoque *ad l. jam. tamen. §. ſi tamen. in fin. ff. judic. ſolv.* ubi actoris heredibus licet; quod rei ſucceſſoribus non permittitur. Probato ita hactenus antecedente ſuprà poſito, veniamus ad conſequens, quod regulæ hujus noſtræ 41. ſententiam continet. Exemplum ejus eſt *in l. cum litem. & ſeqq. ff. de procurat.* ubi reo non licet poſt litis conteſtationem procuratorem mutare, vel in ſe judicium transferre, niſi cauſa antè per procuratorem cognita: Ergo nec actori, *l.* 34. *§. ultim. ff de jurejur.* Hippolyt. à Collib. *hic pag.* 162. *in pr.*

in pr. Exceptio antecedentis in principio ſupra poſiti, ſive illius, quod fauorabiliores reos, quàm actores eſſe, ſive quòd benignius cum reis quam cum actoribus agendum eſſe diximus, proponitur à Juriſconſulto *in* §.1. *hujus noſtræ legis,* ſcilicet quod benignius cum actore agendum ſit; ſi is de damno vitando, reus autem de lucro adventitio certet. Sturt. & Hippol. *hic*, qui exemplum deſumunt ex condictione indebiti *l. ſi quis non ſortem. ff. de condict. indeb.* Quamuis commode *ità d.* §.1. actori & reo à prædictis Dd. accommodetur; pluribus tamen actoribus ſimul concurrentibus eandemque rem ex diverſis cauſis petentibus applicari quoq; poteſt. Hinc recte Philipp. Matth. *d.* §.1. nihil aliud velle dicit, quam quod in ejusmodi caſu, ubi inter diuerſi generis creditores dubium exiſtit, cujus in ſolutione potior ſit habenda ratio judex eum qui ſuum repetit, & ex contractu vel titulo oneroſo experitur, præferre debeat illi, qui ex teſtamento, legato, donatione, vel ex alia quapiam cauſa lucrativa agit. Adventitium enim lucrum hic accipitur pro quovis lucro, quod ex fortunæ liberalitate advenit, *arg. l. cum oportet* 6. *in pr. C. de bon. quæ lib.*

Lex 42.

Qui in alterius] Nemo facto alterius, quod ignorat, prægravari debet, *l. in cauſæ* 27. *ff. de procurat. l. verius* 21. *ff. de prob. l. vltim. ff. pro ſuo.* Id JCtus hic duplici exemplo oſtendit. Primum eſt in herede, alterum in fidejuſſore: Hinc fit, ut ſi heres rem apud teſtatorem depoſitam vel commodatam diſtraxit, ignarus depoſitam vel commodatam eſſe, cum dolo nihil fecerit, non teneatur, *l.* 1. §. *fin. ff. depoſ.* Aut vero ſi ex cauſa depoſiti damnetur, infamis non efficiatur, quemadmodum ipſe defunctus, *l.* 1. *in fin ff. de his qui not. infam.* Illum enim innocentia conſilij tuetur, hunc fides violata arguit contra leges juſtitiæ feciſſe. Hæc vero ita in herede procedunt, ſi cum eo agatur, non etiam ſi agat: Cujus diverſi juris rationem aſſignat ipſe Juriſconſultus in fine hujus legis noſtræ. Non obſtat quod heres defuncti perſonam repræſentet, & cum eo una & eadem cenſeatur perſona. *Novell.* 48. Reſp. enim, quòd quò ad factum alius defunctus, alius heres judicetur, licet quò ad jus regulariter eadem perſona habeatur, Hippolytus à Collibus *hic.* Giphanius *hic numero* 5

Digitized by Google

Non obſtat etiam *l. 2. §. ex his, ibi*, Non ex perſona heredum conditio obligationis immutatur. *ff. de verb. oblig.* Reſpondet Sturtius *num.* 18. *hic.* Eodem modo fidejuſſorem, quemadmodum heredem, ignorantia excuſat: Si enim ignarus ſolverit, quod á debitore principali ſolutum erat, mandati actione á debitore principali perſequi poteſt id, quod ſolvit: potuit enim atque etiam debuit debitor certiorare fideiuſſorem ſuum, ne forte ignarus indebitum ſolvat, *l. ſi fideiuſſor 29. ff. mandat.* Verum licet in hoc fidejuſſores cum heredibus conveniant, in aliis tamen multis caſibus ut heredum jure non cenſeantur certum eſt. Hippol. á Collib. *hic pag.* 68. Pertinet ad ſententiam hujus regulæ *l. 99. inf. h. t.* ubi JCtus dicit, quod nemo videri poſſit improbus, qui ignorat quantum ſolvere debeat.

Lex 43.

Nemo] Hic ruſſus confirmatur illud, quod traditum á nobis ſuprá *ad l. 41.* Reus actoribus eſſe favorabiliores. Dicitur enim hic reum pluribus quidem defenſionibus uti poſſe, actorem vero, eiusdem rei nomine, non niſi unâ actione experiri debere: Exempla de reo ſunt eiusmodi: oppoſuit quis exceptionem non numeratæ pecuniæ vel jurisjurandi, ſi res ejus ita ferant, non prohibetur aliam quamlibet exceptionem obijcere, *l. is qui. ff. de exception.* Sic accuſatus de homicidio, ſi negâtit, actorque homicidium probet, poteſt reus aliâ defenſione uti: poteſt dicere, ſe ad ſui defenſionem id feciſſe, cum moderamine inculpatæ tutelæ. Bartol. *ad l. cum de indebito. ff. de probat.* Et hæc ita niſi lex rerum pluribus defenſionibus uti impediat, ſecundum Jurisconſultum hic. Qui enim calumnioſè negat quod actor intendit, exceptionem poſtea obijcere ipſi non poteſt, quia lex tum alterius exceptionis auxilium impedit. Exemplum eſt in *auth. contra. C. de non num. pec.* ubi reus, qui debitum ſemel inficiatus eſt, poſtea ſi conuictus fuerit, non auditur ſolutionem allegans, quamvis verum ſit, eum ſoluiſſe. Plures caſus, quibus lex reum pluribus defenſionibus uti prohibet, vide apud Hippolyt. á Collibus *hic.* Cæterum actoris ratio omnino diverſa eſt, § 1. *huius legis noſtræ* 43. Quoties, inquit ibi Jurisconſultus, concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, unâ quis experiri debet. Hoc ut eo melius intelligatur,

ligatur;ſciendum eſt, alias actiones rei perſecutorias eſſe, alias pœnales, alias mixtas, id eſt, tam rei quam pœnæ perſequendæ cauſa comparatas. §. 16 *Inſtit. de act.* De rei perſecutoriis prodita hæc regula eſt. Bronch *cent.* 4. *aſſert.* 35. Fach. *lib* 8. *contr.c.*6. *pag.*256. *lit. E.* Quoties enim concurrunt plures actiones rei perſecutoriæ, ex una eademque cauſa & obligatione deſcendentes, toties unâ electâ altera perimitur. Ratio eſt: Quia bona fides non patitur, ut idem bis exigatur, *l. bona fides* 57. ubi Giphan. *num.* 4. 5. 6. *&* 7. *infr. h. t.* Sturt. *hic num.* 6. Exempli gratiâ: Si mihi tecum ſocietas ſit, & res ex ſocietate communes, quam impenſam in eam fecero, quosque fructus ex his rebus perceperis, vel pro ſocio vel communi dividundo conſequi poſſum. Alterâ autem harum actionum electâ, alteram tolli ait Juris conſultus *in l. pro ſocio* 38. §. 1. *ff. pro ſoc.* Non adverſatur hisce *l.* 1. §. *quia autem. ff. quod legat. & l. hac diſtinctio* 35. §. *eum fundum. ff. locat.* Quas conciliat Petrus Fab. *num.* 6. & Sturtius *hic num.* 8. *&* 9. De pœnalibus huic noſtræ contraria regula extat *in l.* 130 *infr. h. t.* Nunquam, inquit ibi Juriſconſultus, actiones, præſertim pœnales, de eadem re concurrentes alia aliam conſumit. Quod cum diſtinctione accipiendum eſt: Aut enim actiones pœnales ſunt, quæ ex pluribus factis & delictis deſcendunt, aut tales, quæ ex uno facto & delicto proveniunt. De prioribus vera eſt, *d. l.* 130. Exempli gratia, ſi quis eundem hominem ſurripuerit, ſurreptum verberaverit & occiderit, hic actione furti injuriarum & L. Aquiliæ efficaciter conveniri poteſt, *l.* 2. *ff. de privat. delict. l.* 27. *ff. ad l. Aquil.* Quibus non obſtat, *l. plura* 53. *ff. de obligat. & action.* ut bene declarat Philippus Matth. *hic num* 9. *&* 10. Secus eſt in iis pœnalibus, quæ ex uno facto & delicto naſcuntur: Ibi enim unius actionis electione altera conſumitur, niſi quid in altera pluris ſit: Veluti ſi quis rem rapuerit, & furti & vi bonorum raptorum tenetur, *l.* 1. *ff. de vi bonor. rapt.* Hippol. à Collib. *hic pag.* 175. Et hæc ita hactenus ſi vel rei perſecutoria, cum alia perſecutoria vel pœnalis cum pœnali concurrat: Quid dicendum, ſi pœnalis concurrat cum rei perſecutoria? Eo caſu rurſus diſtinguendum eſt. Nam pœnalis aut mere pœnalis eſt aut mixta: Si mere pœnalis concurrit cum rei perſecutoria, altera alteram non tollit. Hinc

Digitized by Google

actio furti non tollit conditionem furtivam, *l. 7. §. 1. ff. de cond. furt.* Non obſtat *l. ſi is cui 71. ff. de furt.* Quam *dicto loc.* ſatis declarat Philippus Matthæus *numero 21. 22. & 23.* Secus vero eſt, ſi actio pœnalis mixta concurrat cum rei perſecutoria: Tum enim altera conſumitur, ſi modo ea intentetur, quæ continet quod plus eſt. Sic enim actio vi bonorum raptorum conſumit conditionem furtivam, *l. 10. § 1. ff. de condict. furt. §. 1 Inſtit. de vi bonor rapt.* Sed ſi prius egeris condictione furtivâ contra raptorem, ſupereſt actio vi bonorum raptorum in triplum, *l pen. ff. de vi bon. rapt.* Prolixior explicatio materiæ hujus de actionum concurſu deſumi poteſt ex Jacobo Cujacio *lib. 8. obſerv. 24.* & Franciſco Hotomanno *illuſtr. quæſt. 27.*

Lex 44.

Totiens in heredem] De ſententia hujus regulæ conſtabit ex traditis *ad l. 38. ſupr. h. t.*

Lex 45.

Neque pignus] Ratio: Cur neque pignus, neque depoſitum, neque precarium, neque etiam locatio rei propriæ conſiſtere poſſit, hæc eſt: Quia is cujus eſt res propria, ſibi illam animo domini poſſidet: ac proinde alterius nomine in eadem iſta poſſeſſione eſſe nequit. Siquidem nemo ſibi cauſam poſſeſſionis mutare poteſt, *l. 3. §. illud quoque. ff. de acq. poſſ.* Oppon. *l 6. §. ult. ff de precar. & l. cum & ſortis 35. §. ultim. ff. de pignor. act.* De illis videantur Hippolyt. a Collib. *hic.* & Phil. Matth. *nu. 12.* Alia vero ratio eſt: cur res propria emi non poſſit, hæc nimirum; Quia dominium non niſi ex una cauſa contingere poteſt, *d. l 3. § ex pluribus. ff. de acq. poſſ. l. ſi ancillam 7. C. de contr. empt.*

Privatorum conventio] De hoc §. videantur dicta *ad l. 27. ſupr. h. t.*

Lex 46.

Quod à quoquo] Sive à judice exactum ſit, ſive ab alio, *l. pœnâ 42. ff. de condict. indeb. l qui proprio 26. § item contra. ff. de procur. l ſi pignore 22. in pr. de pign. act. l. 1. §. etſi ſub conditione. de tabul exhib.* Ex quibus legibus exempla propoſita videri poſſunt apud Sturt. Hippol à Coll. Phil. Matth. Quibus addatur Reguliſtarum princeps, Petr. Fab. *hic.*

Quæ-

Quæſtio: Utrùm etiam in foro conſcientiæ huic regulæ locus ſit?

Aff I. *per c.* 22. *Exod. in pr. II. per text. in* 1. *canon. c. in legib.* 12. *q.* 2. *c. decenter* 89. *Diſt. c. quisquis* 17. *q.* 4. ubi tantum abeſt, ut tradatur pœnam ſolutam repeti poſſe, ut ipſa etiam exactio exaſperetur. III. Quia lex puniens delicta non minùs in Eccleſia quàm in Republica obſervanda eſt, *c. qua in Eccleſiarum. extr. de conſtit.* Utrobiq; enim venia delicti incendium peccati eſſe agnoſcitur, *c. eſt injuſta in fin.* 23. *q.* 4. & Cic. ait: Maximam illecebram peccandi eſſe impunitatis ſpem, in orat. pro Milone; Ita Hippol. á Collib. *in fin. hic.* Phil. Matth. *num.* 7. Sturt. 12. *&* 13. & Johan. Ferrar. *hic.* Diſſ. Decius *hic num.* 2. & Cagn. *num* 3. *uſque ad n.* 10. qui id quod pœnæ nomine ſolutum eſt, in foro conſcientiæ retineri non poſſe exiſtimant: ad quod allegatur quoq; communiter *gl. in c. fraternitas* 12 *q.* 2.

Lex 47.

Conſilii] Ratio eſt, quia liberum cuiq; eſt explorare, an expediat conſilium, *l.* 2. *in fin. ff. mand.* Et quia contingere etiam poteſt, ut bene conſulta vel caſus aliquis repentinus immutet, vel culpâ conſilium accipientis pervertatur, *l. ſi quis affirmaverit.* §. 1. *ff. de dol.* Exemplum regulæ eſt *in l. mandatum. §. tua autem. ff mand. & in §. Tua.* 6. *Inſt. eod.*

Quæſtio I. Utrùm conſilium, aliâs non contracturo datum, obliget,

Aff. per *l.* 9. §. 5. *ff. mand.* Goth. *ad l.* 2. *in fin. ff. eo.* Dyn. *in c. nullus. de* R. J. *in* 6. Dec. *hic n.* 4 Hippolyt. á Coll. Phil. Matth. *n.* 3. Sturt. *n.* 25. Menoch *de arbit. jud. quæſt. caſ.* 351. Diſſ. Peck. *in d. c. nullus. num.* 4. & Faber *in* §. 5. *Inſt. mand.* Doctores tamen & cauſarum patroni ex conſilio regulariter non tenentur, niſi dolum adhibuerint. Zaſ. *in l. ex maleficiis.* §. *ſi judex. ff. de O. & Act.* Peck. *in d. c. nullus. n* 9.

Quæſtio II. Utrùm in delictis conſilium obliget?

Aff. cum Hippol. *hic. p.* 182. ſi modò delictum perpetratum ſit; Hinc verba *ope* & *conſilio* non conjunctim, ſed ſeparatim accipienda puto *in* §. 11. *Inſt. de furt.* Atque ita diſtinguo: Aut nullum conſilium aliquis dedit, nec ſecuta

Digitized by Google

eſt contrectatio, & non tenetur, *l.* 36. *l.* 62. *ff. de furt. l. ſi ſervus ſervum.* §. *ſi quis de man. ff. ad l. Aquil.* Aut conſilium quis dedit, & ſecuta eſt contrectatio, *l. ſi quis* 52. §. *neq; verbo* 19. *ff. de furt.* Aut opem quis & conſilium ſimul præſtitit, & tenetur ad ſimilitudinem ſupplicii, *l.* 50. §. 1. *l.* 34. *l.* 52. *in pr. l.* 54. §. 4. *ff. de furt. l.* 6. *de condict. fur.* Clar. *in* §. *fin. q.* 88. *&* 90. Gomez. *tom.* 3. *variarum reſol. c.* 5. *n. ult.* Gœd. *ad l. ſepe* 53. *ff. de V. S. n.* 17. Duar. *ad t. ff. de furt. c.* 5. Borch. *add.* §. 11. *Inſt. de furt.* Bronch. *cent.* 4. *aſſ.* 37. Phil. Matth. *ad l. h. noſtram n.* 12. Diſſ. Weſen. *add.* §. 11. Donell. *lib.* 11. *com. c.* 29. *pag.* 465. Pac. *cent.* 4. *q.* 24.

Lex 48.

Quicquid in calore] Ratio eſt; Quia iratus ſimilis eſt furioſo: Hinc ſecundum Horatium, ira furor brevis eſt. Quid enim (inquit Arnob. adverſus gentes) iraſci aliud quam inſanire, quam furere, quam in ultionis libidinem ferri, & in alterius doloris crucem efferati pectoris alienatione bacchari? Hippol. *hic.* Aſſumo: Atqui furioſum fati infelicitas excuſat: Ergo eodem modo excuſabitur iratus, niſi in eo animi perſeuerantia appareat. Exemplum ipſe JCtus *in fin. hic* proponit, de vxore, quæ diuertiſſe non dicitur, ſic calore iracundiæ à marito diſceſſit, & brevi reverſa eſt. Notandum tamen, quod regula hæc in delictis non procedat, *l.* 5 *C. de injur. l.* 7. §. *ult. d. l. Jul. repet.* quamuis jura iſtius iracundiæ, quam juſtus dolor excuſſit, rationem aliquam habent, ita ut mitiori pœna plecti velint eum, qui ejusmodi iracundiæ calore delictum commiſit, *l.* 38. §. 3. *Imp. ff. ad l. Jul. de adult. & l.* 2. *C. de reb. cred.* ubi periculum corporis, & crimen majeſtatis non infertur, etſi quis perjurium calore, id eſt, inconſulto animi motu commiſerit. Cujus exempli occaſione merito quæritur.

1 Utrum aliqua in perjuros iure ciuili pœna conſtituta ſit? Aff.

Per *l. ſi duo* 13. §. *ult. ff. de jurej. l. nam. ſufficit* 22. *ff. de dol. mal. l. ult.* §. 2. *ff. de crim. ſtelli. l. quoties* 17. *C. de dignit. l. ſi quis major* 41. *C. de tranſact.* Bronch. *cent.* 1. *aſſert.* 71. Confer Duar. *in comm. ad t. ff. de jurej. c. fin. & ad t. de reb. cred. c. fin.* Menoch. *lib.* 2. *de arb. jud. quæſt. cauſ.* 319. Cuj. *lib.* 2. *obſ.*

15. &

Digitized by Google

16. & *lib.*8. *c.* 7. Don. *de jurej. c.* 8. Matth. Weſ. *in par. de jurej. n.*13. Robert. *lib.* 2. *ſent. c* 2. Paç. *cent.* 3. *q.* 19. Vult. *lib.* 1. *Jurisp. Rom. c.*54. Fach. *lib.* 1. *contr. c.*14. Tiber. Decian. *lib.* 7. *rer. criminal. c.*13. Qui partim conſentiunt, partim vero diſſentiunt; Quidam enim jure civili ita conſtitutum opinantur, ut qui per Deum pejeraverit, Deum ultorem habeat: qui vero per principem, ultorem habeat principem, præterquam in eo caſu, quo quis inconſulto quodam calore per principem pejeraverit, *l.* 2. *C. de reb. credit.* Alii vero rem ita conciliare ſtudent, ſi quis temeritate vel iracundiæ quodam calore motus pejerat ſine alterius incommodo, eum pœna non eſſe dignum, *d. l.* 2. & *l. alienam. C. ad Leg. Jul. Majeſt.* Qui vero in negotiis contrahendis aut judiciis, fraudandi alterius causâ, conſulto pejerat, pœnâ eum merito affici, ſive per Deum, ſive per ſalutem principis pejeraverit, *d. l. ſi duo* 13. §. *ult. ff. de jurej.*

2 Ratione prædictorum quæritur; Utrum iræ motus minuat pœnam, ita ut homicidium calore iracundiæ factum ſit aliquo modo excuſabile? Aff. ſub certis limitationibus.

Ratio I. quia is, qui furore commotus aliquem occidit, non punitur, *l. divus ff. de offic. præſid.* Sed ira furor brevis eſt Horat. *in Epiſt.* 1. Ergo idem dicendum eſt de eo, qui per iram delinquit; Unde Seneca in proverbio, Homo, *inquit*, cum iraſcitur, extra corpus eſt. II. pro hac opinione allegatur textus *in l. ſi adulterium.* §. *Imperatores. ibi, difficillimum enim eſt, juſtum dolorem temperare. ff. ad L. Jul. de Adulter.* de quo late Marſil. *ſing.* 445. Carrer. *in* §. *homicidium, verſ. circa quartam, num.* 170. gloſ. *in l. hac noſtrâ* Ant. de But. *in c. olim.* 1. *de reſtit. ſpol.* & ibi Abb. Aretin. *conſ.* 80. *col.* 2. Abbas *in c. dilecti filii ante finem.* & *ibi* Felin. *de Exceſſ.* M. Anton. Bau. *in tract. de virt. & viribus jur. num.* 14. Frider Schenck *in viridar. concl. jurid. concluſ. Jacob.* 51. Novel. *in tractat. ſuo ad defenſam. in pr. num.* 64. Tiraq. *in tract. ſuo de molliendis pœnis cauſ.* 1. Hæc vero opinio, quæ colligitur ex *hac l. quicquid calore &c.* multas patitur ampliationes & limitationes, quas late recenſent Cagnol. & Decius hic, & latius Tiraq. *in d. cauſ.* 1. Inter

Fffff

cæteras limitationes hæc prima & præcipua eſt, ut non quælibet levis cauſa iræ excuſet, ut dicit Cagnolus *hic num.* 6. Quid enim ſi non facta atrox injuria, re vel verbo, ſed levis? Tunc enim non erit aliquid delinquenti condonandum, & ideo JC. *in d. l. ſi adulterium.* §. *Imperatores*, excuſat iracundiæ calorem, quando ex juſtâ cauſâ proceſſit. Hoc tamen judicium, quando juſta cauſa vel injuſta ſit iracundiæ, difficillimum eſt. Quapropter totum id judicantis religioni & arbitrio relinquendum erit, Anton. Teſſaurius *deciſ. Pedemont.* 179. *n.* 5. *eleganter.* Limitatio II. quòd iracundia excuſet, quando delictum non ex intervallo, ſed in continenti fit, id eſt dum adhuc fervet iracundiæ calor, *l. h. noſtrâ.* Nam, ut inquit Cicero *lib.* 1. *officior.* injuriæ ſunt vel repentinæ, vel conſulto; leviores ſunt repentinæ. Nam ſi refrigeſcat ira, & deinde quis delinquat, non videtur in motu iræ deliquiſſe, ſed magis ex propoſito & cum animi deliberatione, ut latè per Cagnolum *hic num.* 22. Intra autem quot dies vel tempus dicatur durare iracundiæ calor, diverſimodè concludunt Dd. & varias opiniones recenſet Luc. de Pen. *in l. omnes. C. de decurion. col.* 2. ubi videtur reſidere in eâ ſententiâ, ut excuſetur is, qui intra 30. dies ex ira motus delinquit, & ſequitur Decius *hic ad h. l. n. in fine.* Grammat, *vot.* 32. quæ tamen opinio non placet Cagnolo, *hic n.* 17. Nos exiſtimamus cum Anton. Teſſaurio *d. deciſ.* 179 *n.* 6. hoc eſſe arbitrarium judici.

Lex 49.

Alterius circumventio] Activène eſt, vel paſſivè intelligenda hic circumventio? Activè intelligendam putat Bulgarus, Dec. hic & Phil. Matth, *n.* 4. 5. *& ſeqq.* Sturt. Hippol. à Collib. *in fin.* Ut ſenſus ſit: Circumventionem alterius facere non poſſe, ut alter actionem inde habeat. Exempli gratiâ: Quod ſervus dolo malo acquiſivit, ex eo dominus actionem non habet, *l. quod ſervus* 24 *ff. de acq. vel am. poſſ.* Ratio eſt regulæ: Quia ille, cui actio acquiri debet, non videtur conſentire in illicitis, *arg. l proc. verſ. quod ſi indebitum. ff. de cond. ind.* Non obſt. *l. procurator. ff. de dol. except. & l. ſi de communi. ff. ſi ſerv. vind.* Quas ll. conciliat Sturt. *d. loc. n.* 8. 9. 10, *&* 11. Diſſ. Cuj. *hic.* qui paſſivè circumventionē accipit.

Lex 50.

Lex 50.

Culpa caret] Concordat *l.102. infr. h t.* Exemplum eſt *in l. 13. §. exercitu. ff. de locat.* quo in loco conductor ex locato non tenetur, quando milites transeuntes, feneſtras cæteraque è domo conducta ſuſtulerunt.

Quæſtio I. Utrum quis alium in vitæ periculo conſtitutum defendere, ſi poſſit, teneatur?

Aff. I. per text. *in cap. 2. Exod 12.* Deinde *per c. qui poteſt 23. q. 3. cap. delict. 6. §. ultim. de ſent. excom. in 6. & c. ſunt dignum 6. illi etiam, de homicid.* ubi is, qui potuit hominem liberare à morte, nec liberavit, non ſecus habetur, ac ſi ipſe illum occidiſſet. III. arg. deducto à contrario ſenſu ex regula hac noſtra 50. Quarto *arg. l. 3. ff. de juſt. & j.* & quintò *arg. l. 2. Cod. de commerc. & merc. 45. in princ. ff. ad l. Aq. l. 3. §. item is cujus. ad l. Corn. de ſic.* Vaſq. 1. *contr. 19. num. 5. & 9.* Neviz 1 *ſyl. nupt. n. 98.* Dec. *hic. num. 13.* Franc. Viv. *lib. 1. com. opin. in verb. Defendere offenſum, num. 3.* Gom. *tom. 3. var. reſ. c. 2. n. 9.* Covar. *in c. peccatum 4. part. 2. §. 3. num. 3. de reg. jur. in 6.* Boe. *in tr. de jure bell. lib. 2. c. 9. in pr.* Phil. Matth. & Sturt. *hic.* Diſſ. poſt Bartolum Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 87. n. 3.*

Quæſtio II. Utrum ſciens conjurationem contra Principem vel Rempublicam, & eam non revelans, pœna capitis puniendus ſit?

Diſtinguo: Accuſare quis non tenetur alium, licet ſciat illum talis facinoris reum eſſe, niſi id probare poſſit, *l 3. Cod. ad l. Jul. Majeſt. l. noſtris. C. de calum.* Denuntiare autem ſimpliciter quis tenetur Principi vel Reip. ut ſibi caveat, *l. quiſquis. §. id quod. Cod. ad l. Jul. Majeſt l. ſi forte. ff. de pœn.* Hippolyt. à Coll *hic pag. 199.* And. Fach. *lib. 9. controv. cap. 86.* Cagnol. *hic num. 21.* Alciat. *in l. 4. in 4 notab. numer. 30. ff. de V. Obl.* Myns. *cent. 5. obſ. 40.* qui diſſentientes allegat; Vide etiam Dec. *hic num. 11.* Quid ſi Princeps, cui periculum creatur, recognoſcat ſuperiorem, an tum etiam non revelans tractatum, capite plectendus eſt? Negativam Domini Camerales tanquam veriorem & magis communem approbarunt, teſte Myns. *d. loc. obſ. 41.*

Digitized by Google

Disputatio VIII.

Qua enucleatur L. 53. 54. 56. 60. 62. 68. 69. 70. 73. & 74.

Propugnata à

Bernhardo Rhau Hernbreitungenſi.

Lex 53.

CUJus *per errorem*] Indebitum errore facti ſolutum per condictionem repeti poſſ. *hic & t. t. ff. & C. de condict. indeb.* Non item ſi à ſciente ſive conſulto indebitum ſolvatur; quia ſciens donare intelligitur, ut ait JCtus *in fin. hic. & l. qui fundum* 7. §. *ſervus meus. in fin. ff. pro empt.* Pet. Fab. *hic n.* 7. Decius & alii, noviſſimè Dn. Phil. Matthæus. Hippolyt. à Collib. & Sturt.

Quæſtio I. Utrum indebitum errore juris ſolutum repeti poſſit? Neg.

I. per *l. cum quis* 10. *C. de jur. & fact. ignor.* ubi expreſsè dicitur: Cum quis jus ignorans indebitam pecuniam ſolverit, ceſſat repetitio. Per ignorantiam enim facti tantum repetitionem indebiti ſoluti competere tibi notum eſt. II. per *l. regula* 9. *ff. de j. & fact. ignor.* Regula eſt, inquit ibi JCtus, juris quidem ignorantiam cuique nocere: Facti vero ignorantiam non nocere. III. Quia leges omnes homines ſcire debent, *l. leges* 9. *C. de legib.* Ignorantia igitur earum non excuſat. IV. per *l. error* 9. *C. ad L. Falc. l. fideicommiſſum* 7. *C. de cond. indeb. l.* 9. *eod.* Don. 1. *com. c.* 21. & *lib.* 14. *c.* 4. Weſ. *in par. ff de j. & fact. ign.* Robert. *lib.* 1. *ſent.* 6. 7. Pac. *ad rubr. n.* 6. & *in l.* 6. *n* 4 *C. de jur. & fact. ign.* Duar. *c.* 3. *ad t. ff. de cond. indeb.* Eberh. Bronch. *cent.* 2. *aſſ.* 36, Phil. Matth. *hic. n.* 10. & Ant. Matth. *in not ad* §. *is quoq; Inſtit. quib. mod. re contr. obl.* Filius Rober *diſp.* 14. *th.* 5. *ad Inſtit.* Arum. *diſp.* 15. *Exerc.* 5 Diſſ. Bart. & Jaſ. *in l.* 5. *C. de j. & fact. ignor.* quibus prædicti DD. abundè ſatisfaciunt.

Quæ-

Quæſtio II. Utrum dubitatio pro errore ſeu bonâ fide habeatur? Aff.

Per *l. fin. C. de condict. indeb. l. fin.* §. 2. *ibi.* Sin autem neſcius & dubitans &c. *C. de furt. junct.* §. 1. *in fin. ibi*, Si Dominus ſciens rem &c. *l. de ſtatu* 15. *ff. qui teſt. fac. poſſ.* Bald. in *leges C. de legib.* Petr. Fab. *ad l. h. noſtram nu.* 10. Hippol. à Collib. Decius *ad l.* 19. *n.* 3. *ſupr. h. t.* Dn. Hieronym. Treut. *in diſp.* 22. *vol.* 1. *theſ.* 4. *lit. E. in fin.* Peckius *in c. poſſeſſor. n.* 4. *de R. J. in* 6. Sarmient. *ſelect. interp.* 2. 10. *nu.* 5. *& ſeqq.* Fachin. *lib.* 1. *controv. c.* 65. Diſſ. Dn. Gœddæus *ad l.* 160. *n.* 3. *& ibid.* Forner. *ff. de V. S.*

Quæſtio III. Utrum qui ſciens indebitum conſtituit, donare intelligatur? Aff.

Quia ſolutio non minus quam conſtitutum, debitum præſupponit: cum igitur indebitum ſcienter ſolutum pro donato habeatur. *l. h. n.* nihil prohibet, quo minus & indebitum ſcienter conſtitutum donationem ſapiat, Bart. Coſt. *in l.* 11. *ff. de conſt. pec.* Goth. *in not. ibi.* Dyn. *in* §. 9. *Inſtit. de act.* Schneid. *ibid. n.* 35. Dn. Treutl. *in diſp.* 32. *th.* 9. *lit. d. Vol.* 1. Philip. Matth. *ad l. h. n. nu.* 10. *& ſeqq.* Diſſ. poſt Johan. Fab. *ad d.* §. 9. Jaſ. *n.* 40. Zaſ. *n.* 12.

Lex 54.

Nemo plus juris] Locum habet hæc regula non tantum in actibus inter vivos, *l. traditio* 20. *in pr. ff. de acq. rer. dom. l. alienatio* 67. *ff. de contr. empt.* ſed etiam in ultimis voluntatib. *l. nemo* 120. *l. aliud eſt. l.* 106. §. *ult. l. in his quæ* 175. §. 1. *& l. qui in jus* 177. *infr. h. t.* Ex quibus ſatis hæc lex noſtra declaratur. Ad ulteriora igitur progredior, & brevitatis ſtudio ad Dn. Matth. Hippol. á Coll. & Strut. qui contraria diſſolvunt; lectorem remitto. Ex recentioribus Interpp. prædictis addo Giphanium , qui exemplo vaſalli hanc regulam illuſtrat. Vaſallus feudi proprietate carens, nihil transferre poteſt, ne quidem uſucapiendi conditionem, quâ ipſe caruit, *c. imperialem. de prohib. feud. alien. per Frideric.* Et quanquam in aliquem agnatorum, vel etiam extraneum, agnatis conſentientibus, commodum utendi fruendi feudo, transferre poſſit, *c.* 1. *de alien. feud. pat. cap.* 1. *de ſucceſſ. feud.* tamen per proximiores agnatos vel libros aliena-

toris, mortuo tandem vaſallo, gratis revocatur, *c. Titius ſi de feudo def. controv. fuer.* Curtius junior *p. 4. feud. n. 151.* Jacob. de S. Georg. *in verb. item etiam. n. 4.* Zaſ. *p. 10. n. 86. de feud.* Giph. *hic n. 5. 6. 7.* ubi plura de hac re tractat, & opinionem Mynſingeri refutat. Argumento hujus regulæ à quibusdam deciditur quæſtio illa, utrū ex poſt-facto poſſint actiones fidejuſſori à creditore cedi? Ceſſio, ajunt illi, actionū, antequam fideiuſſor quicquam ſolvat, & ità re adhuc integrâ fieri, aut pactum de cedendis poſt ſolutionem actionibus, ſtatim in ſolutione, vel in continenti poſt eam, interponi debet. Factâ namq; ſolutione ſublatam eſſe actionem, ac proinde id quod creditor amplius non habet, ab eo cedi non poſſe. *l. 2. C. de fidejuſſ. l. Stichum 95. §. ſi mandato. l. Modeſtinus 75. ff. de ſolut. l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tutel. & rat. diſtr. Arg. l. decem 116. ff. de verb. obl. & hac l. noſtrâ.* gloſ. *in l. cum is qui 36. ff. de fidejuſſ.* Johan. Graſ. *in tractat. ceſſio. jur. & actio. §. 6. n. 5.* Jacob. de Arenâ *eod. tract. rubr. 6. n. 70.* Raphaël Cuman. *in d. l. cum is qui 36.* Hugo Donel. *in l. cum aliter 11. ff. de fideiuſſ.* & Joh. Gœddæ. *in tract. de contrah. ſtipul. cap. 9. concluſ. 5. num. 117. & multis ſeqq.* Diſſent. Bart. & Caſtrenſ. *in d. l. cum. is qui 36. & 39. ff. de fidejuſſ. & d. l. Modeſtinus 75. ff. de ſolut.* & poſt eos Petrus Heigius *part. 1. quæſt. 38. n. 10. 11. 12. & ſeqq. uſq; ad num. 31.* ubi in utramq; partem hanc quæſtionem ventilat.

Lex 56.

Semper in dubiis] Declaratur hæc regula per ea, quæ tradita ſunt ſuprà *ad l. 9. h. t.* Unam tamen, quam reguliſtæ hîc movent, quæſtionem, eamque graviſſimam proponere libet:

Utrùm is, qui Titium interficere volens, Sejum interfecit, ordinariâ L. Corn. de ſicar. pœnâ teneatur? Aff.

Quia in criminibus dolus in genere ſufficit, licet non ſit commiſſus in ſpecie, *l. eum qui 18. §. ſi injuria. ff. de injur. l. ſcientiam 45. §. pen. ff. ad l.* Atqui hoc in caſu dolus in genere, itemque animus occidendi fuit Ergo Gomez. *tom. 3. var. reſol. c. 3. n. 34. & 35.* Vaſq. *lib. 3 controv. illuſt. c. 96. n. 32.* Thoming. *deciſ. 38.* Clar. *num. §. homicidium. n. 6.* Treutl.

diſput.

Digitized by Google

diſput. 32. *vol.* 2. *th.* 6. Fachin. *lib.* 1. *controv. cap.* 37. Bronch. *cent.* 4. *aſſ.* 85. Harprecht *in comment. ad t. Inſtit. de publ. jud. in §.* 5. *n.* 117. Diſſen. prolixè Phil. Matth. *ad l. hanc noſtram*, Menoch. *lib.* 2. *arbitr. judic. quæſt. caſ.* 324. *num.* 11. *& ſeqq.* Damhoud, *in pract. crim. cap.* 85. *num.* 7. Weſ. *ad d. §.* 5. *num.* 2. Anton. Teſaur. *in deciſ.* 243. *n.* 2. qui non capitalem pœnam, ſed mitiorem & extraordinariam hoc caſu infligendam putant.

Lex 60.

Semper] Mandatum omne vel fit expreſsè, vel tacitè. Tacitè, ſi quis præſens patitur, ut ſuo nomine in re ſua alius quispiam quid faciat vel inſtituat, veluti, ſi quis pro me præſente nec prohibente interveniat, vel ſi ratum habeam id, quod alius mei abſentis nomine geſſit: Utrobique enim, quemadmodum JCtus in l. h. ſtatuit, mandati actione obſtringor. Hippolyt. à Collib. Phil. Matth. *hic.* Pac. *cent.* 2. *quæſt.* 58. Bronch. *cent.* 2. *aſſ.* 47. *& aſſ.* 48. Giph. *hic.* Johan. Ramus *in enchir. reg. jur. lib.* 2. *axim.* 110.

Quæſtio I. Utrùm in nuptiis ratihabitio juſſui ſivè mandato æquiparetur?

Neg. Non enim ea ad hoc ſufficit, uti liberi poſtea nati ſint legitimi. Probatur I. *per text. in pr. Inſt. de nupt.* ubi Imp. dicit, juſſum debere præcedere. Nota verbum, *Debere*, quod neceſſitatem inducit. Hinc juſſus, authoritas & ratihabitio paſſim in Jure noſtro diſtinguuntur. Juſſus negotium antecedit, autoritas in ipſo negotii actu interponitur: ratihabitio negotium perfectum inſequitur, *l. fin. ff. de bon. poſſ. l. ſi quis* 25. *§. juſſum. ff. de acq. her.* II. *per l.* 13. *§.* 6. *ff. ad Jul. de adult.* unde colligo, uxorem legitimam non eſſe ante datum conſenſum à patre, ac proinde nec juſtos liberos; Sic enim argumentatur ibi JCtus: Ea quæ uxor eſt, vel uxoris loco, ut ſponſa, habetur, jure mariti accuſari poteſt: Atqui ea, cujus nuptiis pater poſtea conſenſit, jure mariti accuſari nequit. Ergo uxor legitima non eſt. Tuentur hanc ſententiam Cujac *lib.* 3. *obſervat. c.* 5. Hott *ill. q.* 9. Cont. *lib.* 1. *diſp.* 7. Vult. *lib.* 1. *Juriſpr. Rom. c.* 18. *n.* 91 *& in comment. ad pr. Inſt. de nupt. n.* 19. 20. *&* 21. ibique Borch. Diſſ. Weſ. ibid. & noviſſimè Bronch. *cent.* 3. *aſſ.* 4.

Digitized by Google

Quæſtio II. Utrum geſta per falſum procuratorem poſt latam ſententiam ratificari poſſint à domino in ſui commodum & favorem?

Neg. Quia ratihabitio fieri debet tempore congruo, quo actus celebrari poteſt, *l. bonorum. ff. rem. rat hab.* Hippolyt. à Collib. *hic pag. 221. in princ.* Sed poſt latam ſententiam actus judiciales fieri non poſſunt. Strut. *hic num.* 3. Mynſing. *cent.* 1. *obſ.* 44. Salicet. *in l. ſi tutor. num* 45. *C. in quib. cauſ. in integr. reſtit non eſt neceſ.* Fachin. *lib.* 8. *contr. cap.* 61. Hieron. Treutl *in diſp.* 9. *de procurat vol* 1. *th.* 4. *lit. Cod.* Diſſ. Theſſaur *deciſ. Pedemont.* 7. Andr. Geil. *lib.* 1. *obſ.* 47. Vant. *in tract. de nullit. tit. quib. mod. ſent null. n.* 102.

Lex 62.

Hereditas nihil] Rationem, cur hæc l. ſub hunc tit. & etiam ſub eum, qui eſt de V. S. collocata ſit; vide apud Gœd. *ad l.* 24. *n.* 2. *ff. d t.* & Phil. Matth. *hic num.* 3.

Hereditas] Senſus definitionis hujus hic eſt: Hereditas eſt cauſa ac titulus ſucceſſorius, acquirendi univerſum jus, patrimonium, ſubſtantiam, dominium, atque ita quicquid defuncti fuit, ut nihil ejus excludatur, quod cum moreretur, in bonis & poſſeſſionibus ejus inveniebatur, vel periculo ejus erat.

Quæſtio I. Utrum ſucceſſio hic ſignificet cauſam & titulum?

Aff. *arg.* §. *fin. Inſtit. per quas perſon. nob. acq.* §. 1. *Inſtit. de legat. l. legatum* 36. *ff. eod. libro* 2. *l.* 110. *de legat.* 1. Gœdd. *ad d. l.* 24. *num.* 3. *&* 9 *ff. de V. S.* Giphanius *hic nu.* 1. Diſſ. Dd. varie Bartol, Jaſ. Caſtrenſis & communis Dd. ſchola *ad rubric. ff. de acq. poſſ.* qui vocabulum (*Succeſſio*) de eo jure, quod in locum defuncti interim ſuccedit, perſonam ejus repræſentans, donec adeatur, interpretantur: Aliter Diſſ. Spigelius, qui active ita interpretatur, ut ſucceſſionem accipiat de aditione, quaſi dicat JCtus: Hereditas eſt ſucceſſio, hoc eſt, aditio ſeu agnitio univerſi juris, quod defunctus habuit. Aliter rurſus Alciat. *in d. l.* 24. *num.* 6. *& ſeqq.* qui ſucceſſionem paſſive interpretatur, hoc eſt, de eo jure, in quo heres adeundo occupatus eſt, ſeu objecto aditionis. Alij denique ſucceſſionem exponunt pro facultate acquirendi, ſicuti etiam

uſus-

Digitized by Google

uſusfructus definitur jus, hoc eſt, facultas utendi, fruendi; Quas opiniones omnes recenſet, & accuratè refutat Gœdd. *d. loc. n.* 5. 6. *&* 8.

Quæſtio II. Utrùm hereditas quoque dicatur & duret, poſtquam adita eſt?

Aff. per. text. *in d. l.* 24. *ff. de V. S. l. filiusfam. ff.* 18. *ad l. Falc. l.* 4. *l. legitimam. l. ſeq. t. t. ff. & C. de petit. her.* Etſi enim res in hereditate exiſtentes, per aditionem deſinunt eſſe res defuncti, nec amplius repræſentant ejus perſonam, *l. ſi Titio* 55. §. 1. *ff. de legat.* 2. *l. pecunia.* 175. §. 1. *l. hereditatis* 119. *ff. de V. S.* Geil. *lib.* 2. *obſ.* 148. *n.* 12. Alciat. *ad l.* 24. *n.* 13. 14. *&* 16. Cùm tamen cauſa, cur res illæ heredis factæ ſint, maneat, & titulus petendi adeò continuetur, ut etiam heredis heredi competat, *l.* 3. *verſ. ſed et ſi Titio. ff. de pet. her. l. fin.* ubi gl. *C. de her. inſt.* qui ejus gratiâ primi etiam defuncti heres dicitur, *l. heredis* 65. *ff. de V. S.* Conſequens verum manet, hereditatem per aditionem non magis extingui, quàm emptionem, venditionem aut donationem, per traditionem, vel inventionem per rei inventæ apprehenſionem; Gœdd. *d. loc. n.* 4. *&* 12. *&* 13. Diſſ. Treutl. cum ſuis, *diſp.* 15. *th.* 1. *lit. D. vol.* 1.

Lex 68.

In omnibus] Privilegia ſunt jura ſingularia certæ perſonæ, vel rei ſive cauſæ ob aliquam æquitatis rationem conceſſa, *l.* 16. *ff. de legib.* Suntque duplicia, quædam cauſæ ſive rei, unde realia dicuntur, quædam perſonæ ſive perſonalia: (Chriſtoph. Henſcher. *in Method. tract. de privileg th.* 13. Diſſ. Dd. qui alias ſpecies privilegiorum finxerunt) Illa ad heredem tranſeunt, hæc verò non tranſeunt, *l. h. n. & l.* 196. *infr. eod.* Reguliſtæ *hic*, & Bronch. *cent.* 4. *aſſ.* 90. qui ad perſonalia rectè refert privilegium prælationis, quod datur mulieri, quo præfertur cæteris creditoribus in bonis mariti in exactione dotis, Unde nec ad heredes mulieris transmittitur, *l. unic. de priv. dot. leg. ult.* §. *exceptis. C. qui pot. in pig. Nov.* 91. Sed an in liberos mulieris privilegium illud transmittatur, quæritur? Antonius Faber negativam multis defendit *lib.* 8. *conjecturar. cap.* 13. Diſſent. Sichard. *ad l.* 12. *n.* 25. *C. qui pot. in pign.* Treutler. *diſput.* 24. *th. ult.*

Digitized by Google

lit. b. in fin. vol. 2. Ulterius quæritur: Utrùm mulier ratione iſtius priuilegii omnibus creditoribus etiam anteriorem expreſſam hypothecam habentibus præferatur? Affirmo per *l.* 29. *l* 30. *C. de jur. dot. l.* 12 *C. qui pot. in pig. Nov.* 67 *c.* 3. *Nov.* 109. *c.* 1 Cuj. *in d. Nov.* 97. *pag.* 320. *& par. C. de priv. dot. &* 3. *not. Merc.* 14. Mynſ. 1. *ob.* 61. *&* 4. *obſ.* 13. *& ad* §. 29. *Inſt. de act. n.* 12. Borch. *ad* §. *actionum. Inſt. eod.* Phil. Matth. *ad l. hanc noſtram. n.* 18. Vaud. 1. *q.* 21. Weſ *conſ.* 50. *n.* 23. Bronch. *cent.* 3. *aſſ.* 9. Fachin. *lib.* 3. *cap.* 99. Oleman. *diſp.* 44. *ad Inſtit. Jur. n.* 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. *in object. & reſolut.* Chriſtoph. Henſcher. *in metho. tract. de privil. th.* 30. *lit. b.* Diſſ. Geil. 2. *obſ.* 25. *n* 10. Neguz. *de pig. pag.* 5. *memb.* 2. *n.* 25. Gœden *conſil.* 100. *n.* 3. Zaſ. *ad l. quæſitum. ff. de priv. cred. n.* 2. *& ad* §. 28. *n.* 19. *cum ſeq. Inſt. de act.* ubi Hor. *e-nunc.* 5. Donell. *n.* 3. idem *ad d. l.* 12. *n.* 4 *& ſeqq & in tr. de pign. cap* 12. *in fin.* Jacob Cramer. *disceptat.* 10. *ad Inſtit. poſit.* 23. per multas rationes. Ad realia (quæ ſolius rei favore indulta ſunt, ſive, ut JCtus *in l. hac noſtra* loquitur, quæ genera actionum vel cauſæ ipſe induxerunt) refero priuilegium ſive beneficium *l.* 2. *C. de reſcind. vend.* quod ob rem, hoc eſt, læſionem præcipuè inductum eſt: Hinc rectè Dd. id tam ad emptorem quàm venditorem pertinere communiter tradunt, Arius Pinell. *in d. l.* 2. *part.* 2. *c.* 2. *n.* 17. Robert. *lib.* 2. *animadverſ. cap.* 13. *& lib.* 2. *notarum ad notata Merc. c.* 13. Jacob. Gourrejus *in com. ad d. l.* 2. *pag.* 115. *in fin.* & noviſſimè Fachin. *lib.* 2. *controv. c.* 16. Giphanius *ad l.* 16. *ſupr h. t. n.* 9. *& ſeqq.* ubi ad quatuor contraria reſpondet; & El. Rober. *diſp.* 17. *ad Inſt. coron.* 1 Diſſ. Jacob. Cujac. *lib.* 16. *obſ. c.* 18. *& lib.* 23. *c.* 32. *& in parat. C. de reſcind. vend. & ſub. nomine Mercat. lib.* 2. *c.* 13. & Molinæus *in tr. de uſur.* & poſt eos Philipp. Matth. *ad l. hanc noſtram. num.* 39. Plura exempla qui cupit, inſpiciat Reguliſtas hic, & Chriſtoph. Henſcher. *in Methodico tractat. de privilegiis.* Carol. Tapian. *in comment. ad rubr. & l. fin. ff. de conſtit. princip.* ubi privilegiorum materiam explicat.

Lex 69.

Invito] Concordat *l. invitus* 156. §. *ult. infr. eod.* No-

tandum,

non niſi pure poſſit. Et qui ſemel heres eſt, per diei vel conditionis eventum heres eſſe non deſinit. *l. ait prætor.* 7. *§. ſed quod Papinianus. ff. de minor.* Bronch. *cent.* 3. *aſſ.* 31. Hippol. á Coll. *hîc.* qui præter hanc aliam rationem adducit. Non obſtat hisce ſententia quorundam, qui mandari ſive alieno nomine peragi poſſe putant hereditatis aditionem: Unde dicendum videbatur, actum eum legitimum non eſſe. Verùm mandari & ſic per procuratorem hereditatem adiri non poſſe, evincunt rationes ſequentes: I. Quia per procuratorem nihil nobis acquiri poteſt, exceptâ ſolâ poſſeſſione & per hanc dominio *l.* 1. *C. per quas perſon. nob. acq. §. ex his. Inſt. eod. tit.* II. Quia aditio hereditatis conſiſtit in ſola voluntate heredis: Ideoque ſtatim atque mandat heres procuratori ut adeat, eo ipſo adiiſſe cenſetur. *arg. l. ſi ego* 26. *ff. de acq. her.* III. *arg. l.* 1. *§. ult. ff. de eff. procur. Caſ.* IV. Text. *in l. per procuratorem* 89. *ff. de acq. her.* Eamq; ſententiam tuentur Cuj. *lib.* 1. *obſ.* 34. Don. *lib.* 7. *com. c.* 8. *pag.* 145. *n.* 20. Hot. *lib.* 2. *amic. reſp.* 34. Bronch. *cent.* 3. *aſſ.* 37. Arumæ. *diſp.* 7. *in παρέργ.* Giphan. *hîc n.* 12. *& ſeqq.* qui ad contraria reſpondet, Rob. *diſput.* 13. *ad Inſt. coron.* 2. Diſſ. Duar. *lib.* 2. *diſp.* 27. *& in com. ad t. ff. de acq. her. pag.* 450. Fach. noviſſimè *lib.* 6. *contr. c.* 96. Olemannus *diſput.* 16. *Inſtit. ad* Jur. *n.* 30. *in obiect. & reſol.* Secundum exemplum eſt ſervi optio, quæ ſimiliter nec diem nec conditionem recipit. Ratio eſt: ne ſit in poteſtate legatarii jus heredis, reliquos fortaſſe ſervos diſtrahere volentis, impedire aut interpellare, ſi in diei aut conditionis eventum moretur: inde fit ut legatarius cogi á judice poſſit ad eligendum intra certum tempus. *l. mancip. ff. de opt. leg.* Hip. à Coll. & Phil. Matth. *hîc. n.* 51. *&* 52. Non obſt. *l. alienationis* 28. *in fin. ff. de V. S. ibi,* optionem intra certum tempus datam. Reſp. non hoc ex natura optionis ita dicitur, ſed ex voluntate teſtatoris, qui optionem ſub conditione legavit. Atque hoc ipſum teſtimonio JCti Pauli *in l. ſi optione. ff. ad exhib.* probatur; Sturt. *hîc. n.* 24. Cæterùm hæc optio per procuratorem fieri non poteſt, *arg. l.* 8. 20. *de opt. leg. l.* 5. *de leg.* 1. Cujac. *lib.* 15. *obſ.* 16. Diſſ. Fran. Hot. *ill. q.* 34. *per. l. pen. ff. de opt. leg.* ad quam reſp. Sturt. *d. loc. n.* 25. & Hier. Treut. *diſp.* 27. *vol.* 1. *th.* 4. *lit g.* Notãdum porrò, quod JCtus *in l. hac noſtra* 77. optionis ſervi mentionem fa-

Digitized by Google

ciat, non quòd cæterarum rerum optio diem vel conditionē recipiat, ſed quia ſervorum magis quàm aliarum rerū optiō in uſu erat, & de hac ſæpius, quam de aliarū rerum optionē quærebatur, Pet. Fab. *hic. n.* 18. Tertium & ultimum exemplum eſt tutoris datio; quæ quoq; diei, vel conditionis adjectione vitiatur: Intellige dationem tutoris dativi, non teſtamentarii, *l.* 3. §. *quòd ſi quis tutor. ff. de ſuſpect. tut. l. ſi tut.* §. *ſi teſtamento.* & §§. *ſeq. de tut.* & *rat. diſtr* §. 3. *Inſt. qui teſtam. tut. dar. poſſ.* §. 2. *de Attil. tut.* §. 1. *quib. mod. tut. fin.* Rationem differentiæ aſſignant hanc, quòd datio tutoris, quæ in Jure à magiſtratu fit, cauſæ cognitionem requirit. At decretum vel ſententia á judice interponitur, quæ non fertur ſub conditione *l.* 1. §. *biduum. quam. appell. ſit.* Sturt. *hic n* 2. Hipp. á Coll. Phil. Matth. *n.* 54. & *ſeqq.* Neq; hîc (ut & ſuperiores) actus legitimus mandari poteſt *l.* 8. *ff. de tut.* & *curat. dat. ab his.* imò nulla planè tutoris datio, quia neque imperii, neq; jurisdictionis eſt. *l.* 6. §. *tutoris datio. ff. de tut.* Sed ſpecialiter certis perſonis à l. conceſſa eſt: Ea autem quæ ſpecialiter á lege conceduntur, mandari nequeunt *l.* 1. *ff. de off. ejus cui mand. jurisd.* Cujac. *lib* 6. *obſ.* 17. *circ. fin.* Donell. *lib.* 3. *com.* 6. 7. & *lib.* 17. *c.* 8. Coraſ. *lib.* 5. *miſc. c.* 24. Vacon. à Vacun. *lib.* 6. *Declar.* 78. *n.* 13. Pac. *cent.* 5. *q.* 69. Bronch. *cent.* 19. *aſs.* 1. Vult. *ad* §. 4. *tit. Inſt. de Attil tut.* Petr. Heig. *ad princ. tit.* 20. *lib.* 1. *Inſt. n.* 4. & *ad* §. 3. & 4. *ibid. n.* 6. 7. 8. & 9. & *ad* §. 5 *n.* 2. 3. & 4. El. Rob. *diſp.* 4. *ad Inſt. coron.* 1. Guil. Forſt. *diſp.* 4. *th.* 8. Erneſt. Cothman. *diſp.* 10. *ad Inſt. coron.* 2. Diſſ. Muſcorn. *de jurisd. n.* 168. & *ſeqq.*

Lex 78.

Non quid. habeat actor.] Senſus eſt: Actor, qui de fraude ſui adverſarii queritur, hujuſmodi exceptione non ſubmovetur, quòd rem per fraudem ſibi ab adverſario extortam, vel ipſius dolo alienatam, in ſuas manus recepiſſet, niſi & omne emolumentum, quod ex re iſta interea, dum ea caruit, percipere potuiſſet, ei reſtituatur. Hunc ſenſum rectè poſt Rob. *lib.* 1. *animad. c.* 15. erunt ex hac lege, Hippol. à Coll. *in fin. hic.* & Phil. Matth. *n.* 3. Facit. quòd *reſtituere* non ſolum ſignificat rem exhibere, ſive præbere, ſed ut cum univerſa etiam uſucapiendi cauſa, acceſſione, fructu, uſura, intereſſe, & omni commodo ac emolumento tam occaſione rei,

ne rei, quàm ex ipſa re proveniente reddatur atq; præſtetur. *l.* 22. & ibi eleganter Gœd. *n.* 11. *& ſeqq. l. reſtituere* 35. *l. fin. in fin. ff. de V. S. l. qui reſtit.* 68. *l. præterea* 20. *l. ex diverſo* 35. §. 1. *ff. de R. vind.* Imò, ſi adverſarius ſit prædo & malæfidei poſſeſſor, non tantùm perceptos fructus, ſed percipiendos etiam reſtituere cum re ipſâ tenetur. *l. ſi navis* 62. §. *ult. ff. de R. V. l. ſed & partus* 12. *ff. quod met. cauſ. l.* 10. §. *per hanc.* 19. *& ſeq. ff. quæ in fraud. credit. l.* 3. *C. de condict. ex leg.* Vult. *lib.* 1. *discept. c.* 20. Cujac. *lib.* 5. *obſ.* 21. *& add. l.* 12. *quod. met. cauſ.* Copus *de fruct. lib.* 2. *tit.* 4. *c.* 1. *&* 2. Bronch. *cent.* 2. *aſs.* 87. Giph. *hic. n.* 7. Diſſ. Accurſ. *in l. ex div. ff. de rei vend.* Verùm in fructib: hiſce percipiendis ad quem fiet relatio, ad petitoremne, vel ad poſſeſſorem? Reſp. ad petitorem. *d. l. ſi navis* 62. §. *ult. ff. de R. V. l.* 4. *C. und. vi.* Menoch *remed.* 1. *recup. poſſ. n.* 414. *& ſeq.* Don. *in l.* 1. *n* 14. *C. und. vi* Hier. Treutl. *diſp.* 15. *th.* 11. *lit. C. vol.* 1. Phil. Matth. *hic n.* 9. 10. *& ſeq.* Diſſ. Bar. *in l.* 35 *ff. de R. V. n.* 4. Sichard. *in l.* 5. *C. d. t. n.* 4. Coſtal. *ad l.* 65. §. *frumento* 6 *ff. de cond. indeb.* Non aliena eſt à prædictis & hæc quæſtio: Utrùm judex adverſarium victum in fructus non petitos a victore condemnare poſſit. Aff. *per d. l* 22. *ubi* Gœd. *n.* 15. *& ſeqq. l.* 35. *de V. S. l* 68 *de R. V. l.* 25. § 8 *ff. de ædil. edict. l.* 34. *de uſur. l. un. C. ut quæ deſ. advoc. l. cùm fundus* 31. *ubi* Alciat. *ff. de Reb. cred.* Sich. *in l. properandum.* § *Sin autem alterutra. C. h. t.* Guido Papæ *deciſ.* 404. Geil. *lib.* 1. *obſ.* 151. *n.* 21. Weſ. *conſil.* 99. *n.* 6. *&* 11. Mynſ. *cent.* 4. *obſ* 55. *& in* §. *hac a nomina. Inſt de pœn. tem. litig.* Diſſ. Innocentius *in c. gravis. extr. de reſtit. ſpoliat.* Schneid. *in* §. *omnium. n.* 128 *&* 136. *Inſt. de act.* quorum argumenta Gœdd *d. loc.*

Lex. 18.

Quæ dubitationis tollendæ causâ] Illuſtratur hæc regula ſequenti caſu. Indubitati juris eſt, oppignoratio feudi ut efficax ſit, requiri agnatorum, ſive ſimultaneè inveſtitorū & domini conſenſum. Si ergo ſemel dominus cōſenſerit obligationi feudi, quod poſteà ad ipſum vaſallo ſine liberis & ſimultaneè inveſtitis decedente, devolutum fuit, tunc ob talem adhibitum conſenſum obligatus eſt, ut æs alienum, per talem oppignorationem contractum aut ſolvat, aut executionem expectet, & creditorem jure ſuo uti patiatur, etiam eo caſu, quando conſenſus datus eſt ſub clauſulâ, Salvo ſuo ju-

rc, Daß es jhm vnſchädlich ſeyn ſolle. Hartm. Piſtor. *libro* 2. *quæſt.* 48 *in fin.* Sed major dubietas eſt, ſi in veſtituræ vel literis conſenſus hæc clauſula inſerta reperiatur, Daß der gegebene conſens J. F G. vnd derſelben Rechten vnd Gerechtigkeit / auf alle fäll / vnnachtheilig vnd vnverfänglich ſeyn ſolle rc. Cujus clauſulæ vi, quidam exiſtimant dominum non obligari; ut reverſo ad ſe feudo, teneatur debitum à vaſallo ita contractum exolvere, pro quorum ſententiâ faciunt ea omnia, quæ in adverſam partem ſuperioris aſſertionis ex Matth. de Afflict. Laud. Zaſ. Burſa. aliisque adduci poſſunt, de quibus Piſtor. *d. quæſt.* 48. Verum nobis & in hoc caſu eadem, quæ in præcedenti, ratio ſubeſſe videtur; Quis enim non animadvertit eandem reſervationem, ſcilicet ſalvo ſemper & in omnem caſum jure dominico, in iſtâ priore æque contineri. Et quomodo recte quis ſibi proſpicere poſſet? niſi ad tales caſus incidentes conſenſus iſte applicetur. *Nihil* igitur in re ipsâ mutat non neceſſaria verborum multiplicatio; quæ declarationis magis gratiâ: puta auf alle fälle, ſive in omnem caſum adjecta ſunt, quam ut novi quid inducant, *l. hac noſtrâ, & l. hæredes palàm.* §. 1. *ff. qui teſt. fac. poſſ.* Petr. Heig. *lib.* 2. *quæſt.* 20. *n.* 5. & 6.

Lex 82.

Donari] Proprie donatio eſt, quando nullo jure, neque civili, neque Prætorio, neque naturali coacti donamus, *hic & l.* 29. *ff. de donat.* Hippolyt. à Coll. *in pr. hic.* & Sturt. *n.* 2. Giphanius *hic.* Remuneratio igitur proprie donatio non eſt: Donatarius enim aliquo jure, nimirum naturali, coactus remuneratur, *l. ſed et ſi* 25. § *conſuluit, ibi,* ſi ἀντίδωρα acceperunt. *ff. de petit. her.* Sturt. *n.* 8. *hic.* Zaſ. *lib.* 1. *reſp. c* 3. *nu.* 22. Fort. Garſias in *l.* 1. § *jus naturale. numer.* 65. *& ſeq. ff. de juſt. & j.* Rob. *lib.* 1. *ſen. cap.* 6. Cov. *in c. cum officiis. n.* 10. *extr. de teſt.* Diſſ. Coſt. *in l.* 13. *ff. de cond. indeb.* Pinel. *ad l.* 1. *p.* 3. *num.* 64. *C. de bon. mater.* Don. *lib.* 12. *com. c.* 2. *pag. mihi* 8. *ver. quæſitum eſt*: Duar. *cap.* 2. *ad tit. ff. de obligat. & act.* Treutl. *diſput.* 22. *th.* 6. *in fin. & th.* 9. *lit. a.* Non aliena adeo ab hoc loco videtur quæſtio, An donatio ſit referenda inter modos acquirendi rerum dominia, an vero inter contractus? prius volunt Bocer. *in tract. de donat. num.* 4. *& ſeqq.* Fort. Garz. *in l.* 7. *ff. de pact.* Arumæ. *diſput.* 6. *ad Inſt.*

Digitized by Google

Inſt. *Exerc.* 12. Guil. Forſt. *diſp.* 10. *ad Inſt. th.* 2. Anton. Faber JCtus hujus ſeculi facile princeps *part.* 2. *de Error. pragm. decad.* 45. *Err.* 8. eleganter & prolixè Giphanius *hîc. n.* 1. 2. 3. qui his utuntur fundamentis. I. Nuſquam, ubi agitur de veris contractibus, ibi de donatione agitur, & ejus tractatio ſemper ſeparatur à materiâ contractuum, & refertur inter modos acquirendi, ut patet ex ſerie Inſt. ff. & C. II. Quia donatio & contractus ſibi invicem opponuntur, *in l. ſicut* 20. *l. ſi quis* 46. *ff. de donat. l. ſi ſponſus* 5. *§. ſi uxor* 40. *ff. de donat. int. vir. & ux. l. interdictum* 14. *ff. de precar.* III. Omnis contractus aut eſt bonæ fidei aut ſtricti juris, *§. actionum. Inſtit. de Act.* Sed donatio non eſt contractus bonæ fidei, *l. cum qui* 22. *ff. de donat.* Nec etiam ſtricti juris, *d. l. interdictum* 14. *ff. de precar.* Ergò. IV. quia omnis contractus debet continere cauſam & negotium producens obligationem & actionem, *l.* 7. *ff. de pact.* Atqui donatio commercii cauſam non habet, **Schencken und begaben / iſt keine parthierung oder kummerſchaft / vil weniger ein handel**, cùm non fiat negotii faciendi animo, nec mercimonii cauſâ, ſed ſaltem ut liberalitas exerceatur; *l.* 1. *l. donare. ff. de donat.* adeò ut qui donat. dicatur perdere *l. filiusfam. ff. de donat.* Johan. Gœddæ. *in tract. de contrah. ſtipul. cap.* 1. *concluſ.* 3. *num.* 37. *pag. mihi* 59. Fachin. *lib.* 7. *controverſ. cap.* 75. Verùm non ſimpliciter ſuprà allegati Dd. ſtatuunt, donationem eſſe modum acquirendi dominii, ſed expreſsè eam modis acquirendi dominii Juris civilis annumerant. Et rectè. Id enim ſatis luculentur oſtendit methodus Juſtiniani; dum ait *in §. fin. Inſtitut. de uſu & habitat.* Videamus quibus modis legitimo & civili jure res acquiruntur &c. Iem principium *tit. Inſtit. de donat. ibi.* Aliud genus acquiſitionis &c. & *§. finalis, ibi*, alius modus civilis acquiſitionis &c. Cont. *lib.* 1. *diſput. cap.* 12. Gœdd. *ad leg.* 23. *num.* 6. *ff. de verb. ſignif.* Vult. *ad princip. Inſtit. de donat.* Georgius Obrecht. *in OEconomia donationis diſput.* 3. *theſ.* 66. *& ſeqq.* Harprecht. *diſput.* 18. *ad Inſtitut. par.* 1. *theſ.* 1. Anton. Matthæ. *ad princip. d. tit. Inſtitut. de donat.* Diſsentiunt alii, qui donationem inter contractus referendam eſſe putant, veluti Mynſing. Weſenb. Schneid. & Dd. *ad §.* 2. *Inſtitut. de donat.* Hippolytus Riminaldus *ad rubric. ibid.*

Hhhhh

Digitized by Google

num, 27. Weſenb. *in par. ff. eod. num.* 2. Cujac. *in par. C. eod.* & *lib.* 10. *obſerv.* 28. Idem *in Novell.* 38. & 119. Clar. 4. *ſent.* §. *donatio.q.*1. Gomez.2. *variar. reſolut.c.*4 *in princ.* Treutl. *vol.* 2.*diſput* 19.*theſ.*1.*lit.a* Mozz.*de donat. in princ.* Alii pactis legitimis eam annumerant. Gœdd. *in d. tract. de contrah. ſtipulat.cap.*1.*concluſ.*3.*num.*37. & 38. & El.Rober.*diſput.* 10. *ad Inſtit.theſ.*1.*lit.C.*

Lex 86.

Non ſolet deterior] Declaratur hæc regula per ſequentem, ubi in fine aſſeritur, quod litis conteſtatio omnes actiones tempore perituras, quantumvis pœnales, faciat perpetuas, ita ut & heredibus dentur, & in heredes transeant. *l.*26. *ff. de obl.* & *act. l.* 139. & *l.* 164. *infr. h t.* Id utrum etiam verum ſit in actione doli, controverſum memini: Affirmantibus aſtipulor: Nuſquam enim à regula, quâ actiones litis conteſtatione ad triennium uſque extendi dicitur *in l. ſicut in rem* 3. *C. de præſcript.* 30. & 40. *ann.* actio doli mali excipitur. Ergo ſub eadem regula comprehenditur, *arg. l. quæſitum eſt* 12. §. *idem reſpondit* 43. *verſ. nam qui hac ff. de inſtruct.* & *inſtrum. leg.* Et hanc ſententiam tuetur Jac: Cuj. *lib.* 18. *obſ.* 29. Diſſ. idem Cuj. *in l. ſi plures* 17. §. *hac actio. ff. de dol. mal.* Donell. *in comment. ad tit. de jurej. c* 8. *n.* 7. & *lib.* 15. *comm. c.* 14: *mihi pag.* 530. *verſ. Non minus ſingulare eſt.* &c. Weſ. *in paratit. n.* 8. *ff. de dol. per l. ult. C. de dol.* Sed illi hæc exceptio ex aliis locis addenda, niſi lis fuerit conteſtata. Ex ſententia hujus regulæ noſtræ decidi poteſt quæſtio inter Dd. admodum controverſa; Utrum libellus poſt litem conteſtatam mutari poſſit? Aff: I. *arg. h ipſius l.* II. *per text. in* §. 35. *Inſt: de act.* ubi Imperator correctionem libelli in eodem judicio fieri permittit. Atqui quod ante litem conteſtatam fit, in judicio fieri dici nequit, cùm ea judicii ſit initium. *l.* 1. *C. de lit. conteſt.* ubi Cuj. *in paratit.* Ergo Imp. concedit ut poſt litis conteſtationem libellus mutetur. III. *Per l. edita actio. C. de edend.* ubi libelli mutatio ſimpliciter permittitur, nullo habito diſcrimine, an lis conteſtata fuerit, nec ne. Ergo ſimpliciter quoque accipienda eſt, ita ut quocunque tempore libellus corrigi poſſit; *arg. l. item veniunt* 20. §. *petitam* 11. *circ. fin. ff de her. pet. l.* 1. §. *pen. ibi*, quod non puto verum. *ff. de aleat.* IV. *Per l.* 4. §. *ult. de nox. act.* Atque ita ſentiunt Dd. *in d.* §. 34. Thomas Linius, Gabriel.

briel. Mudæus, Matth. Weſ. Cuj. & Speckhan *cent.* 1. *quaſt.* 65. Don. *ad d.* §. 34 *& ad l.* 3. *C. de edend.* Phil. Matt, *hic. n.* 25. *& ſeq.* Diſſ. Alci *in d. l.* 3. *C. de edend.* Jaſ. *in* §. 1. *n.* 157. *Inſt. de act.* Zaſ. *in d.* § 34. Geil. *lib.* 1. *obſ.* 51. *n.* 9. *& obſ.* 74. *n.* 4. *& ſeq.* Weſ. *conſ.* 118. *n.* 3. Bronch. *cent.* 1. *aſſ.* 28. Non obſt. quod dicitur *in l. non poteſt.* 23. *ff. de jud.* Non poſſe videri in judicium veniſſe quod poſt judicium acceptum accidiſſet, ideoq; alia interpellatione opus eſſe: Item quod dicitur *in l. ut fundus* 18. *ff. com. div.* ultra id quod in judicium deductum eſt, excedere poteſtatem judicis non poſſe: Utriusq; legis veram interpretationem vide apud Joh. Harpr. *ad* §. 35. *Inſt. de act.* Non obſtat etiam *Nov.* 112. *c.* 2. *&* 3. ubi actor cautionem præſtare jubetur ſe uſq; ad litis finem in eodem judicio permanſurum. Unde inferunt, actorem actionem ſemel inſtitutam mutare non poſſe. Reſp: enim, eam *Nov.* non agere de iis, qui in totum actionem deſerunt, de quibus nos loquimur: Sed de iis, qui ad tempus eam intermittunt eâ mente, ut alio tempore eandem peragant litem.

Lex 93.

Filiusfam.] Quicquid olim filiusfam. acquirebat, id totum ad patrem pertinebat §. 1. *Inſt. per quas perſon. nob. acq.* adeò ut ne momento quidem apud eum maneret. *l. placet* 79. *ff. de acquir. her. & l. quicquid. ff. de acq. poſſ.* Hinc fit ut pater poſſeſſionem, ſi quam filiusfam. peculiari nomine apprehendit, ſtatim acquirat, quantumvis eam à filiofam. apprehenſam eſſe ignoret. *l.* 1. §. *item acquirimus.* & *l.* 4. *ff. de acq. vel. am. poſſ.* Rationem aſſignat Phil. Matth. *hic. n.* 4. Sed quæritur, an ex ſola cauſâ peculiari ignoranti patri per filiũfam. poſſeſſio acquiratur? Aff. I. *per l.* 1 §. 5. *ff. d. t. ibi,* acquirimus poſſeſſionem per ſervum aut filium, qui in poteſtate eſt: Et quidem earum rerum, quas peculiariter tenent, etiã ignorantes. II. *Per. l.* 3. §. 12. *eod. ibi,* Nec movere nos debet, quòd quasdam etiam ignorantes poſſidemus, id eſt, quas ſervi peculiariter paraverunt. III. *per l.* 44. §. 3. *eod. tit.* ubi ratio adfertur: Quia ſingulare eſt, utilitas ſuaſit, ut ex cauſa peculiari ita domino per ſervum acquireretur. Don. *lib.* 5. *com. juris civ. c.* 8. Duar. *ad d. l.* 1. §. 5. ubi ad contraria reſpondet, Phil. Matth. *n.* 8. *& ſeqq. hic.* Anthon. Matth. *in not. ad* §. *Item vobis. Inſt: per quas perſon. cuiq. acq.* Guil. Forſter *diſp.* 11. *th.*

8. *ad Inſt. Jur.* Oleman. *diſp.* 12. *n.* 40. *in obj. & reſol.* Diſſent. Cujac. *lib.* 24. *obſ.* 9. *& ad d.* §. 5. Jure novo non omnia patribus à filiisfam. acquiruntur; de quo videantur Reguliſtæ hic.

Lex 97.

Ea ſola] Propter delictum qui deportabantur, eorum bona olim ad fiſcum perveniebant. *l. h. n.* ſive præſentia erant ſive futura bona, id eſt, poſt deportationem à deportatis acquiſita. *l. 2. C. de bonis proſcript.* Atque vehementer obſtat *l. ſi mandavero. 22. §. is cujus. ff. mand.* ubi JCtus negat fiſcum ſequi id, quod publicatis bonis poſtea acquiſitum eſt. Nullus ferè antiquorum eſt Interpretum, vel eorum qui de jure reſponſa ediderunt aut criminales materias explicarunt, qui non docuerit ſimpliciter, motus hoc textu in bonorum confiſcatione ob delictum ſecuta bona futura non contineri, neque ad fiſcum pertinere, ut videre licet ex Boſſio, *tit. de bonor. confiſc. n.* 15. *& n.* 66. Gomez. *tit. de confiſc. bon. n.* 1. Pinel. *ad Rubric. de bon. matern. n.* 3. Peregr *quæſt. de jur. fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 132. Farinacio, *tit. de delict. & pœn. quæſt.* 25. *n.* 138. Quos recenſet Fachin, *lib. 9. contr. c* 51. ubi poſt Cujacium *lib. 6. obſ.* 23. *& in com. ad l. ejus qui* 8. §. 1. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. d. l.* 22. Intelligit de relegatione, non verò de deportione; quam reſponſionem amplectitur quoque Phil. Matth. *hic. n.* 14. Hæc ita jure civili veteri: Aliud conſtitutum eſt jure civili novo in *Nov.* 13. 4. *c. ult.* quo die damnatis bona non auferuntur. Sed deſcendentibus, vel aſcendentibus aut ex latere ad tertium uſque gradum conjunctis deferuntur. *auth. bona. C. de bon. præſcript.*

Quæſtio I. ad ſententiam hujus L. pertinens: Quanto temporis ſpatio confiſcatio bonorum ob delictum, exceptione præſcriptionis oppoſitâ evitari poſſit?

Pro annis viginti adfertur I. *L. in omnibus. ff. de jure fiſci.* In omnibus, *inquit* JCtus, fiſci quæſtionibus, exceptis cauſis, in quibus minora tempora ſervari ſpecialiter conſtitutum eſt, viginti annorum præſcriptio cuſtoditur. Aſſumo; Atqui hoc in caſu minora tempora conſtituta non ſunt. Ergo vi-

go viginti annorum cuſtodienda præſcriptio eſt. II. *L. querela. C. ad l. Cornel. de falſ.* ubi Imp. Diocletianus in hæc verba reſcribit: Querela falſi temporalibus præſcriptionibus non excluditur, niſi viginti annorum exceptione, ſicut cætera quoq; ferè crimina. Fachinæ. *lib. 9. controv. cap.* 55. Alii ſentiunt aliter. Quidam enim quinque alii triginta, alii quadraginta conſtituunt; Vide Bartol. *in l. 2. C. de vectigal.* Abb. & Felin. *in c. cùm nobis. de præſcript.* Boſſium *in tit. de bonor. publicatione. num.* 78. Nonium *conſ.* 105. Peregrinum *de Jure Fiſci lib. 6. tit.* 8. Gomez. *tit. de confiſcatione. num.* 5. Farinac. *tit. de Inquiſitione. q.* 10. *num.* 82. & *tit. de delictis & pœnis. q.* 25. *num.* 158. *cum seqq.*

Quæſtio II. Utrùm confiſcatis bonis filiifamil. propter delictum, etiam peculium adventitium confiſcetur?

Neg. *per l.* 3. *C. de bon. damn.* ubi reſcriptum eſt, non publicari peculium caſtrenſe. Ergo multò minus adventitium publicabitur, ſed pater illud obtinebit. Roland. à Vall. *conſil.* 56. *n.* 10. *lib.* 1. Covar. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 8. *nu.* 7. Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed.* 9. *n.* 65. M. Anton. Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 5. *t.* 1. *num.* 128. Farinacius *tit. de delict. & pœn. quæſt.* 24. *n.* 5. & noviſſimè Fach. *lib.* 9. *c.* 47. Diſſ. ab eo allegatus Pet. Paul. *conſ.* 157. *lib.* 4. Quid ſi tale ſit peculium adventitium filiifam. in quo nullum pater habeat uſumfructum, an veniet in bonorum confiſcatione filiifamil? Neg. *arg. d. l.* 3. Privilegium enim, quod filiisfam. in caſtrenſi peculio conſtitutiones dederunt, capitis diminutione amittunt, perinde ac ſi moriantur inteſtati ſuperſtite patre. Quare filiifam. capite minuti caſtrenſe peculium pater occupat jure ſuo, ut ſuum. Eadem eſt ratio peculii adventitii & hujus, de quo hæc poſterior quæſtio eſt. Ergo & idem jus. Socinus junior *conſil.* 78. *num.* 10. *lib.* 2. Clar. *q.* 78. *verſic. Sed quid in adventitiis.* Farinacius *tit. de delict. & pœn. quæſt.* 24. *n.* 6. Fachin. *d. lib.* 9. *c.* 48. Diſſ. Gigas de crimine læſæ Majeſt, *lib.* 2. *t. de pœn. commiss. crim. læſ. Majeſt. quæſt* 11.

Quæſtio III. Utrùm gratia delinquenti á Principe conceſſa extendatur ad bona confiſcata?

Neg. Diſcrimen enim leges conſtituunt inter gratiam ſive indulgentiam & reſtitutionem: Reſtituere in integrum, eſt honoribus, ordini & cæteris omnibus reſtituere, *l.* 1. *Cod. de ſent. paſſ. l ult eod.* Indulgentia verò ſive gratia ſimplex liberat tantum à pœna, niſi ſpecialiter bonorum reſtitutionem quis impetraverit, *leg.* 2. *Cod. de ſent. paſſ. l.* 4. 7. *eod. t. l.* 3. *de gener. abol. l.* 2. *ff. eod.* Rol. à Valle *conſil.* 45. *num.* 2. *lib.* 4. Burſ. *conſil.* 75. *numer.* 10. *lib.* 1. Gom *de tortura reor num.* 38. Far. *t. de inquiſit. q.* 6. *numer.* 28. Peregrin. *de jur. fiſci lib.* 5. *t.* 2. *numer.* 17. Geil. *lib.* 2. *de pace publ. cap.* 19. *numer.* 23. *&* 24. Fachinæ. *libro* 9. *contr. cap.* 17. Berous *conſil.* 76. *numer.* 104. *lib.* 1. Diſſ. Boſſius *de remed. ex ſola clementia Principis, num.* 5. Clar *q.* 59. *verſ. quæro nunquid.*

Lex 104.

Si in duabus] Cauſa criminalis, utpote major, præponi debet civili, tanquam minori, etiamſi ſummam majorem hæc contineat. Phil. Matth. *hic num.* 4. Fach. *lib.* 9. *contr. cap.* 2. *pag.* 467. *lit. A.* Ratio duplex eſt; Quia juris ratio non patitur, ut per judicium privatum fiat præjudicium juri publico. II. Quia fama omnibus divitiis præſtat, bonoque viro metus infamiæ major eſt, quàm mortis, *leg.* 8. *§. penult. ff. quod met. cauſ.* Non obſtat *l. quoniam* 28. *Cod. ad Leg. Jul. de adult.* Ibi enim ab hac noſtra regula exceptio proponitur. Quid ſi concurrant duo judicia famoſa? Reſpondet JCtus in fine hujus noſtræ regulæ; quod pro paribus illa accipienda ſint, nec unum alteri præferatur, quamvis ſummam diſparem habeant. Exempli gratiâ; Qui res alienas rapit, quia improbior fure eſt, præter hoc quod propriâ actione de vi bonorum raptorum à prætore introductâ ejus delicti nomine teneatur, etiam furti accuſari poteſt. Cumque utrunque judicium ſit famoſum, licet diſparem ſummam habeant, (nam in vi bonorum raptorum quadruplum pœna eſt, ita vt in eo etiam rei perſecutio ſit, & pœna triplum comprehendat, ſed in furto manifeſto totum quadruplum eſt pœna) quo ad irrogatam infamiam non refert, ſive vi bonorum raptorum, ex juriſdictione prætoris quis ſit condemnatus, ſive furti judicio, ſive etiam lege Juliâ de vi privatâ, quam & ipſam in hoc delicti genere poſſe inſtaurari, prudentes

dentes volunt, *l.1.§.qui furti ff. de his qui not. infam.l. ſi vendidero.§.cum raptor.ff.de furt l 2. vi bon.rapt.*

Lex 180.

Et ætati] Ad infantes & impuberes hanc regulam pertinere, ferè dubium non eſt, ut patet ex allegatis text. à Dd. hic. De minoribus 25. annis controverſia eſt, utrùm illis quoque aliqua in delictis venia danda ſit? Diſtinguo: Si delictum grave non ſit, mitius pro arbitrio judicis minores puniendos puto, *arg.l. capitalium 29.§ ſolent quidam.ff.de pœn.* Si vero homicidium, adulterium, vel aliud quodpiam atrox delictum ab iis patratum ſit, ordinaria pœna omnino eos afficiendos exiſtimo *per l.ſi ex cauſa 9.§.nunc videndum.ff.de min. leg.ſi minor 36.ff.ad L.Jul.de adult.* Petr. Fab.*hic num.*5. Fachin. *lib.*1 *controv.cap.*71.Giphan.*hic*.Diſſ.Menoch. *lib.2.arbitr.jud. quæſt.c.*329.*numer.*11.Theſaur.*deciſ.*161.*num.*4 Weſ.*in par.ff. ad L.Corn. de ſicar. num* 26. Huic quæſtioni ſubjicere libet quæſtionem affinem: Utrum minores 25.an.adverſus confeſſionem delicti reſtituendi ſint? Neg. *per l. auxilium ff.de minor.*Sarm.*lib.*3.*ſelect.interp.cap.*13. Fach. *d.lib.*1.*cap.*72. Diſſen. Angel. *in l. certum.§.pupillo. ff. de confeſ.* Alex.*conſ.* 115. *lib.*3. & Jaſ.*in l.nam & poſtea.ff.de jurej.* Decius *in l. nihil conſenſui* 116. *infr.h.t.n.*1 Menoch.2.*arbit.jud.quæſt.*298.Gabriel.2.*com.concluſ.tit.de minor.concl.*3.Item quæritur, an propter contumaciam condemnati minores reſtituendi ſint? De hoc fruſtrà quæritur, cum minor ante ſententiam verè contumax eſſe non poſſit, *arg.*54 *ff. de re jud. l.ſi minor. ff de reb.aut.jud.poſſ.l. pen.* ibique Duaren.*Cod.ſi adverſ.rem jud.* Pac.*cent.*2. *q.*93.Diſſent.Maurit.*c.*14 *de reſtit. in integr.*

DISPUTATIO X.

QUA ENUCLEATUR L.110.116.124. 129.135.136.138.141.142.144.

Propugnata à

MARTINO WOLNERO
Vinarienſi.

IN *eo quod plus*] Exemplum hujus regulæ Reguliſtæ hîc deſumunt *ex l.1.§.ſi quis ſtipulanti* 4. *ff. de V. O.* ubi ſtipulatio in decem contracta eſſe dicitur, ſi ſtipulanti viginti, decem promittantur, quod & decem viginti inſint. Verum graviſſima inter Dd. controverſia eſt: Utrum eo caſu indiſtinctè & ſimpliciter ſtipulatio valeat, vel tum demum, ſi diverſitas reſponſionis ſtipulatori ilico placuerit? Poſterius aſſerentibus ego aſtipulor: I. *Per d. leg.* 1. *§.3. ibi*, niſi ſtipulatori diverſitas reſponſionis ilicò placuerit: tunc enim alia ſtipulatio contracta eſſe videtur. II. *Per.§.5. Inſt. de inutil. ſtip.* ubi Imp. ſtipulationi, quæ non congruit in ſumma, parem facit *illi*, quæ non congruit in conditione. Hæc vero in totum eſt inutilis. Ergo & illa, niſi ſcil. diuerſitas reſponſionis ilicò placuerit. III. Quia ſi quis de majore vel minore ſumma, quam interrogatus eſt, reſpondeat, non cenſeatur animum obligandi ſeſe habere, & vice verſa, quod interrogans de majore ſumma poſſit omnino videri diſſentire: quippe quod de minore ſumma negotium illud nolit contrahere: alioquin etiam non hanc majorem, ſed illam minorem interrogaſſet. IV. Quia non minus adjici & detrahi ſtipulationi dicitur, quanto plus minúsve ſumma reſpondetur: quàm ſi plus minúsve tempore: quia non minus ſumma eſt pars ſtipulationis, quam dies vel conditio, *l.* 1. *§. diem.* 2. *verſ.* Nam dies ſolutionis, ſicuti ſumma pars eſt ſtipulationis, *ff. de edend.* Quæ ſi minuatur vel augeatur, corrumpitur: quia integra non manet, ſed detrahendo in plures ſummas diſcerpitur diſcretas: vel aliud to-

rum ſubſtitui, non idem videtur, *l. recte dicimus* 25. *ff. de V. S.* Cuj *in d. l.* 1. *ff. de V. O.* Gœdd. eleganter & prolixe *in tr. de contr. ſtip. c.* 4. *num.* 65. Sturt. *in pr. hic.* Johan. Ramus *in enchir. reg. iur. lib.* 1. *ax.* 34. Diſſ. ab eo allegati, Alc. Zaſ. Don. quibus adde Bronch. *cent.* 4. *aſſ.* 37. & Matth. *hic n.* 6.

Lex 116.

Nihil conſenſui] Vis & metus, & qui his ineſt dolus, conſenſui adeo ſunt contraria, ut ſi bonæ fidei contractibus cauſam dederint, eos ipſo jure nullos efficiat. Quod dolum attinet, I. hoc probo *per text. in leg. & eleganter* 7. *in prin. ibi*, aut nullam eſſe venditionem *ff. de dol. l. in cauſa* 16. §. 1. *ibi*, nullam eſſe ſocietatem, nec inter majores quidem. *ff. de min l. ea verò* 3. §. *ult. ff. pro ſoc. l. ult. ff. de conſt. pec. l. qui nondum* 4. *Cod. de her. vel act. vend. l. ſi fraudes* 6. *C. de præſcr. long. temp* II. Quia bonæ fidei contractum inhærens proprium & ſubſtantiale adjunctum ſit bona fides, *l. domum* 57. *in fin. ff. de cont. empt.* §. *actionum. Inſt. de act. l. un.* §. *ſed etſi non ignoramus. Cod. de rei ux. act.* quorum adjunctorum natura hæc eſt, ut ſi quis ea ſuſtulerit, non poſſit non ſimul etiam rem ipſam ſuſtuliſſe. III. Quoties dolus purgatur per actionem deſcendentem ex eodem contractu, illa quoque ex dolo defuncti in heredem datur, licet nihil ad eum pervenerit, *l. ſi hominem* 7. §. *datur* 1. *ff. depoſ. l. ex depoſiti* 12. *l. ſi ex contractib.* 49. *ff de obl. & act.* Atqui quando dolus contractui bonæ fidei cauſam dedit, actio adverſus heredem non competit, §. 1. *verſ. aliquando. Inſt. de perpet. & temp. act.* Ergo Covar. *in c. poſſeſſor p.* 2. §. 8. *nu.* 6. *de R. J. in* 6. *& lib.* 2. *var. reſ. c.* 4. *n.* 11. Molin. *in tr. de uſur. quæſt.* 14. *nu.* 111. Duar. *ad l. ſi quis cum aliter* 36 *ff de V. O.* ibid. Don. Cuj Anton. Merc. *lib.* 3. *notat. ad anim.* Johan. Rob. *cap.* 1. 2. *&* 4. Geil. *lib.* 2. *obſ.* 2. Mynſ. *cent.* 4. *obſ.* 73. *num.* 9. *cent.* 6. *obſ* 38. *& in* §. *actionum* 28. *n.* 11. *Inſt. d. t.* Pin. *in l.* 2 *p.* 1. *c* 1. *nu.* 32. *C. de reſc. vend.* Bronch. *cent.* 1. *aſſ.* 57. Harp. *ad d.* §. 28. *Inſtitut. d. t.* Gœdd. *in tr. de contr. ſtip. c.* 3. *n.* 114. *cum multis ſeqq.* Boc. *ad l. contractus* 23. *c.* 2 *num.* 5. *ſupr. h. t.* Diſſ. Cor. *in d. l. ſi quis cum aliter.* 36. *ff. de V. O & lib.* 2. *miſc. cap.* 8. *num.* 4. Rob. *lib.* 3. *animad. c.* 1. 2. *&* 4. *& lib.* 3. *notarum adnotata.* Ant. Merc. *c* 1. 2. *&* 4. De vi & metu præter text. in hac *l. n.* 116. extat text. *in l.* 1. *C. de reſc. vend. Malæ fidei,* inquit ibi Alexander, *emptio irrita eſt.* Quod irritum eſt, id etiam nullum eſt. Et in illa facti ſpecie coactus erat vendi-

tor ut venderet, alias non venditurus. Et in verſ. *Aditus* non dicitur, *prætorem debere reſcindere, ſed authoritatem ſuam interponere, ut refuſo pretio reddatur res*, ex tam irrito ac nullo contractu tradita. Gœdd. *d. loc. nu* 156. *& ſeq.* Philippus Matthæus *hîc num* 8. Diſſ. Bald. & quidam alii *in l ſi mulier* 21 §. *ſi dos metu ff. quod. met. cauſ.* Salic. *ad l. interpoſitas C. de transact.* Johan. Robertus *lib.* 3. *animad. cap.* 3.

Lex 124.

Ubi non voce] Mutus & ſurdus eos duntaxat actus expedire poſſunt, qui præter præſentiam aliud nihil deſiderant; veluti verba ſeu vocem, ut JCtus hîc loquitur. Hinc conſequens eſt, ſtipulationem ab iis contrahi non poſſe, cum ea non niſi utroque loquente perficiatur, *l.* 1. *in prin. ff. de verb. obl.* Unde manifeſte etiam probatur, ſtipulationem ſcriptis inter præſentes contractam non valere: Alias enim & mutus & ſurdus ſcriptis adhibitis ſtipulari poſſent. Nec obſtat, quod literis non minus quam vivâ voce animi ſenſa declarare poſſimus; Hinc epiſtola tacitus animi nuncius dicitur. Proprie enim per epiſtolam non loquimur, *lege miles ad ſororem. ff. de legat.* 2. eaque modus contrahendi inter præſentes non eſt, ſed inter abſentes, *l* 1. *Cod. de contrah. ſtip.* Deinde leges hîc verba deſiderant, ut ſtipulationum ritu, ac veluti ceremoniâ quadam ſeriò ſe agere, & obligatione contrahere velle, contrahentes teſtarentur. Don. *ad l* 1. *pr. num.* 4. *&* 10. *ff. de V. Obl.* Gomez. *lib.* 2. *variar. reſolut. cap.* 9. *num.* 3. *verſ. ex quo primo.* Duar. *ad. d. l.* 1. Borch. *de V. O. cap.* 1. *num.* 20. Cuj. *ad d. l.* 1. Vac. à Vac. *declar* 68. *num.* 12. Gœdd. *in tr. de contrah. ſtipul. cap.* 3. *concluſ.* 13. *per tot.* Bronch. *cent.* 4. *aſſ* 43. Diſſen. Weſ. *ad* §. 11. *Inſtitut. de inutil ſtip. per l. non figura* 38 *ff. de oblig. & act. l. ea quæ* 57. *ff. de donat. int. vir. & uxor. l. Titia* 131. §. 2. *de V. obl.* ad quas reſpondet Gœdd. *dict. loc.* Ulterius probatur ex prædictis, quod mutus jurare poſſit? Juramentum enim neceſſario verba non requirit ſecundum Cyn. *in Authen. Sacramenta puberum. C. ſi adverſus vendit.* Panorm. *in rubr. de jurejur.* Covar. *in rubr. de pact. in princ. num.* 4. quos ſequitur noviſſimè Fachin. *lib.* 3. *controv. cap.* 8. *arg. c. ſi quid inveniſti* 14. *q.* 5. *cap erubeſcant* 32. *diſtinct.* Weſ. *conſil.* 32. *nu.* 18. *in fin. vol.* 1. Diſſ. Phil. Matth. *num.* 17. 18. *& ſeqq.* qui *in fin.* ad iusjurandum omnino verba requiri exiſtimat; ideoque ex illo falſo præſuppo-

ſuppoſito malè etiam obligationem eam quæ ex jurejurando liberti oritur, in numero earum obligationum, quæ verbis contrahuntur, ponendam, concludit; nullibi enim in jure noſtro præter ſtipulationem aliæ verborum obligationis ſpecies extãt. Nec obſtat *l.2.§.fin.ff.de reb.cred.* ubi JCtus ait, verbis contrahi verborum obligationem, veluti ſtipulatione; Quæ verba finalia exempli causâ à JCto adferri quidam exiſtimant; Quaſi ibi reſpexerit Paulus ad alias ſpecies verborum obligationis: Verùm id parum movet; Nec enim decepti fuiſſent hoc textu, ſi vim & ſignificationem vocis *veluti*, variam conſideraſſent. Aliquando enim eam, exempli gratiâ, ut in *d.l.2.* adhiberi, rarum novumque non eſt. Minus movet autoritas Caii *lib. 2.t.9.* & Ulp. *in fragm. t. 6.* Præterquam enim, quòd nondum ex utroque probatum eſt, jusjurandum liberti ſpeciem eſſe verborum obligationis: neque Cajo, neque Ulpiano contra jus Inſtit. fides adhiberi ſolet, Vult. *ad prin.Inſt.de V.obl.n.*11.12.*&* 13. Donel.*ad rubr.de V.O.* Diſſ. Gœdd. *in prolegom. tr. de contr.ſtip. n.* 10. *& ſeqq.* & Phil. Matth. *d.loc.*

Lex 129. §. 1.

Cùm principalis cauſa] Iisdem ferè verbis reperitur hæc regula, *infr. in l.* 178. *h. t.* & concordat cum *c. acceſſorium. de R. J. in 6.* Ubi acceſſorium ſequi dicitur naturam ſui principalis; Quod ita ſe habet etiam eo caſu, quo acceſſoriũ majus & dignius eſt ſuo principali, *l.cùm auri* 19. *§ perveniamus.ff. de aur.& arg.legat. § ſi tamen alienam. Inſt.de R. div.* Caſtrenſ. *in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. verſic. quod nota. ff. de V. obl.* Hipp de Marſil. *ſing. 7.n.6.* Hinc rectè aſſeritur, de augmẽto rei idẽ judicandũ eſſe, quod de principali, Dd. *in l.etiam C.de jur. dot.* Roland. a Valle *in tract.de ſtat.de lucr.dot.q.* 100. *n.3.* Decian. *reſp.*52.*n.*51.*vol.*1.& idem juris eſſe in augmento, quod in re auctâ, *c.fin.* §.1. *de conceſſ. prabend. in 6.* Albert. Brũ. *in tract. de augment. concluſ.* 5. *n.* 8. & eaſdem juris interpretationes recipit, quas res aucta ut principalis, Albert. Brun. *d. concl.* 5. *n* 7. *verſ.& ſic ex prædictis. per l.* 1. *in pr. & quæ ibi not.* Bald. *C.de Latin.libert.tollend.* Quod adeò verũ eſt, ut etiamſi diſpoſitio juris vel hominis facta in principali eſſet odioſa, ſtricti juris & pœnalis, tamẽ ad augmentũ extenderetur. Dd. communiter *in l. jus civile. ff.de* J. *&* J. teſte Sebaſt. Medic. *in tract. de ſtatut. q.* 28. *n.* 5. Brun. *d.tract.concluſ.*7.*in princ.* Hinc

immunis á ſolutione gabellarum alicujus territorii, eodem privilegio fruitur, ſi tranſeat per ea loca, quæ illi territorio per augmentum acceſſerunt, ob eam rationem, quòd unum idemq; territorium cenſeatur. Gemin. *in c. fin. §. 1. in fin. per illum text. de conceſſ præbend. in 6*. Sebaſt. Sapia. *in l. judicentis. n. 62. ff. de jurisd.* Decian. *Reſp. 123. n. 71. vol. 3*. Porrò hujus regulæ uſus in multis aliis juris civilis articulis eluceſcit, & tam in ultimis voluntatibus, quám contractibus locum habet. Sic enim fidejuſſor non tenetur, ſi debitor principalis liberatus eſt: quoniam obligatio fidejuſſorum acceſſio eſt principalis obligationis, nec plus acceſſione eſſe poteſt, quàm in re principali, *l. ſi quis 37. ff. de fidej §. fideiuſſores. Inſt. eod.* Bronch. *cent. 4. aſſ 93*. In *d. l. 178 infr. h. t.* additur vocula *plerumq;*. quâ indicatur exceptio: Ea eſt *in l. quid tamen 10. ff. quib. mod. uſusfr.* ubi villâ dirutâ uſusfructus fundi non extinguitur, licet fundus villæ fuerit acceſſio.

Lcx 135.

Ea quæ dari] Regula hæc pertinet ad contractus, *l. ſi ita ſtipulatus 97. ff. de V. O.* quatenus ſcilicet impoſſibile in ſtipulationem pure deductum eſt, Phil. Matth. *n. 10. hic*, vel conditio impoſſibilis contractui adjecta eſt, quæ in non faciendo conſiſtit, Matth. *n. 17*. Ea enim quæ in faciendo conſiſtit, contractus vitiat, *l. nõ ſolum. 31. ff. de obl. & act.* Secus eſt in teſtamentis, quæ talis conditio non vitiat, *§. impoſſibilis. Inſt. de her. inſt.* Atque ita hanc regulam ad ultimas quoque voluntates pertinere conſtat. Ratio autem diverſitatis: cur conditio impoſſibilis, quæ in faciendo conſiſtit, contractus vitiet, non verò teſtamenta, hæc eſt; Quia imputandum eſt ſtipulanti, qui hoc modo ſtipulatus eſt. Cùm enim contrahentes adjiciunt contractui conditionem, quam uterq; ſcit impoſſibilem, apertè ludificari, non verò quicquam agere voluiſſe cenſentur, *l. non ſolum. ff. de Obl. & Act.* In teſtamentis verò conditio impoſſibilis adjecta, ideo pro nulla habetur, ſalva manente diſpoſitione, quòd heredi ſcripto vel legatario id non poteſt imputari, cum ii teſtamentum non faciant, iiſque ignorantibus conditiones impoſſibiles adjiciantur, Weſenb. *ad §. impoſſibilis. & ibid.* Vult. *Inſt. de her. inſt.* Bronch. *cent. 3. aſſ. 66*.

Lcx. 236.

Lex 136.

I. *Bona fides*] Bona fides, inquit Juriſconſultus, tantundem poſſidenti præſtat: quantũ veritas, hoc eſt, dominium; Hinc bonæ fidei poſſeſſor fructus conſumptione ſuos facit, non ſecus, ac ſi rei, ex qua fructus percepti ſunt, dominus eſſet. Utrum verò hoc de omnibus tam naturalibus, quàm induſtrialibus indiſtinctè verum ſit, maxima inter Dd. controverſia eſt. Ego de induſtrialibus duntaxat verum id exiſtimo: Ratione moveor hac: Quia naturalis quædam ratio ſuadet; ut cùm bonæfidei poſſeſſor fundum coluerit, & in eam rem ſumptus fecerit, & diligentiam & operam impenderit, eos fructus lucretur. Atque hæc ratio ceſſat in fructibus naturalibus, qui ex mente & ſententia Juriſconſultorum curâ & operâ hominis non proveniunt. Ergo merito, bonæfidei poſſeſſor eos ſuos non facit. Aſſumptio hujus argumenti fundamentum habet firmiſſimum, *in l fructus* 45. *ff. de uſur.* Ubi Juriſcõſultus Pomponius diſertis verbis naturales fructus opponit induſtrialibus: & aſſerit, fructus eos bonæfidei poſſeſſoris fieri; qui facto & opera ejus proveniunt, & acquiſiti ſunt, veluti ſerendo, non verò ii, qui ex facto ejus non proueniunt, veluti poma. Eodem modo ipſe Imperator *in* §. *ſi quis* 36. *Inſtit. de rer. div.* opponit induſtriales naturalibus, ibi, pro cultura & Cura. Cujacius *ad d.* §. 36. *& in l. ſequitur* 4. §. *fructibus* 5. *ff. de uſucap.* Dn. Ant. Matt. *in d.* §. 36. Duar. *ad t. ff. de uſur. & fruct. c. qui fructus in reſtit. veniant.* Ludouicus Vitalis *libr.* 1. *lect. jur. cap.* 19. Pacius *in notis ad d. l. fructus* 45. qui duo poſtremi tamen malè diſtinguunt inter titulum onerosum & lucrativum; ita ut habens titulum onerosum, lucretur omnes etiam naturales; lucrativum verò habens, induſtriales tantum. Hanc diſtinctionem ſequitur Jacobus Curtius Brugenſis *tom.* 1. *conject. libr.* 2. *cap.* 44. Verùm cùm nulla lex hoc modo diſtinguat, nec nobis ita diſtinguere licet, *argum. l.* 8. *ff. de Publ. in rem act.* Erubeſcimus enim ſine lege loqui, *Novell.* 18. *cap* 5. *in pr.* Ex his rurſus concludo, bonæfidei poſſeſſorem induſtriales tantùm, non etiam naturales fructus conſumptione ſuos facere. Diſſentiunt ab hac ſententia Philip. Matthæ. *hîc*, Pinell. *in l.* 2. *p.* 2. *c.* 4. *nu.* 55. *C. de reſcind. vend.* Nicol. Ciſner. *in l. ſequitur* 4. §. *fructus* 5. *n.* 8. *ff. de uſuc.* Weſenb. *ad d.* §. 36. *n.* 10. & 11.

Digitized by Google

ſocio, judicio ſocietatis agat, non plus actor conſequatur, quàm adverſarius ejus facere poteſt, §. 38 *Inſtit. de act.* Idem verum eſt in fratre convento à fratre: Quod probo *argum. l. verum* 63. *ff. pro ſoc.* ubi beneficium hoc ſocio ideo conceditur; quia fratris loco habetur. Ergo multò magis fratri concedi debet. Nam propter quod unumquodque tale eſt, illud magis tale eſt, Fab. Jaſon, Mynſing. Weſenbec. Harprecht *in d.* §. 38. Diſſent. Accurſ. Bald. Mudæ. *in d. l. verum*, 82. Zaſius *in d.* § 36. *nu.* 3. & *ibid.* Schneid. *num.* 2. qui utuntur pro ſe ſententia hujus regulæ noſtræ, & *l.* 14. *ff. de leg.* Sed bene ipſis reſpondet Harprecht. *d. loc. n.* 6.

Lex 142.

Qui tacet] In dubio tacens, neque conſentire, neque etiam diſſentire intelligitur: Aliquando tamen ex actu, cui tacens adeſt, conſenſus vel diſſenſus præſumitur: Si actus ſive factum ſit tale, quod poſſit à tacente contradicendo impediri, tacens conſentire videtur, *l. ſæpè. pen. verſic. Scientibus. ff. de re judic.* Veluti: Si fidejuſſor à tutore nominatus patiatur nomen ſuum in actis ſcribi, neque contradicat, habetur pro conſentiente, quia potuit contradicendo fidejuſſionem evitare, *l.* 4. § *ultim. ff. de fidejuſſ. tut.* Sic etiam qui ſe præſente patitur rem ſuam pignori obligari, & non contradicit, conſentire videtur, *l. fidejuſſor* 26. §. *pater. ff. de pignor.* Si vero actus talis ſit, qui potuerit etiam tacete invito expediri, taciturnitas pro conſenſu non habetur, ſed potius pro diſſenſu, *l. Cajus* 39. *ff. de pignor. act.* Dyn. *in d. cap. qui tacet. de R. Jur. in* 6. Phil. Matth. *ad l. hanc. n.* Bronch. *cent.* 4. *aſſert.* 94. Aliter hanc rem expediunt Hippol. à Collib. & Sturt. *hic.* & dicunt, in quibus caſibus lex manifeſtum diſſenſum requirit, eum, qui tacet, velle credi; in quibus verò lex conſenſum & voluntatem expreſſam deſiderat, eum qui tacet, nolle judicari; *l.* 2. §. *voluntatem. ff ſol. matr.*

Lex 144.

Non omne] Potiſſimum huic regulæ locus eſt in contrahendis matrimoniis: Hinc Juriſconſultus Modeſtinus *in l. ſemper* 197. *inſr. h. t* Semper, inquit, in conjunctionibus non ſolum quod liceat conſiderandum eſt, ſed & quid honeſtum ſit. Exemplum vide *in §. ſi uxor. Inſtit. de nupt.* ubi

Mynſ.

Mynſing. *ſub lit. A.* Dixi *potiſſimum.* Nam & in aliis caſibus hæc regula procedit, ut patet ex traditis ab Hippolyt. à Collib. *hîc.* Huc pertinet *l. digna vox. ff. de leg.* Principi enim nonnullas leges non ſervare licet; at id honeſtum non eſt. Sic licet magiſtratui quâuis veſte uti; Ergo & ſcenicâ & ſervili; At hoc honeſtum non eſt: *Eſt enim aliquid, quod facere liceat,* inquit Cicero pro Balbo, *quod non oportent*: Exemplum hîc adfert Per. Fab. *ex l. in priuatis. ff. de judic. & ex l. qui iurisdictioni. ff. de jurisd.* In priori lege dicitur, quod parens in priuatis & ciuilibus cauſis filii judex eſſe poſſit, quod in poſteriori negari videtur: Ideo, ut hæ duæ leges concilientur, Faber priorem legem accipit de licito, poſteriorem de honeſto: Quæ etiam ante Fabrum fuit ſententia Cujacii *tract. 3. ad Afr.* Exiſtimo ego pro conciliatione illarum legum rectius diſtingui inter *judicare* & *jus dicere*: quemadmodum diſtinguit Govean. Baro & Duaren. *ad d. l. qui juriſdictioni*; diſſentire videntur cum Cujacio, Phil. Matth *hic*, Hyppolytus à Collibus & Bronch. *cent. 1. aſſert. 20.* Præ cæteris eleganter hanc *l. & d. l. 197.* explicat Hieronymus Cagnolus, teſte Fichardo *tom. 2. conſil. 26. nu. 2.* qui huc allegat Senecam in Octaviano dicentem: Id facere, laus eſt, quod decet, non quod licet. Hinc jam recte concluditur, non ſemper ſtricto ſummoque juri incumbendum, quod ſæpe (ut apud Comicum ille dicit) ſumma injuria eſt, ſed honeſtum quoque & æquitatem non minus reſpiciendam eſſe. Siquidem nimiæ ſubtilitati humanitatis intuitus eſt opponendus, *l. ſi quis ita ſcripſerit. ff. de manu. teſtam.* Fichard. *d. loc.*

Digitized by Google

ſocio, judicio ſocietatis agat, non plus actor conſequatur, quàm adverſarius ejus facere poteſt, §. 38 *Inſtit. de act.* Idem verum eſt in fratre convento à fratre: Quod probo *argum. l. verum* 63. *ff. pro ſoc.* ubi beneficium hoc ſocio ideo conceditur; quia fratris loco habetur. Ergo multò magis fratri concedi debet. Nam propter quod unumquodque tale eſt, illud magis tale eſt, Fab. Jaſon, Mynſing. Weſenbec. Harprecht *in d.* §. 38. Diſſent. Accurſ. Bald. Mudæ. *in d. l. verùm,* 82. Zaſius *in d.* § 36. *nu.* 3. *& ibid.* Schneid. *num.* 2. qui utuntur pro ſe ſententia hujus regulæ noſtræ, *& l.* 14. *ff. de leg.* Sed bene ipſis reſpondet Harprecht. *d. loc. n.* 6.

Lex 142.

Qui tacet] In dubio tacens, neque conſentire, neque etiam diſſentire intelligitur: Aliquando tamen ex actu, cui tacens adeſt, conſenſus vel diſſenſus præſumitur: Si actus ſive factum ſit tale, quod poſſit à tacente contradicendo impediri, tacens conſentire videtur, *l. ſæpè. pen. verſic. Scientibus. ff. de re judic.* Veluti: Si fidejuſſor à tutore nominatus patiatur nomen ſuum in actis ſcribi, neque contradicat, habetur pro conſentiente, quia potuit contradicendo fidejuſſionem evitare, *l.* 4. §. *ultim. ff. de fidejuſſ. tut.* Sic etiam qui ſe præſente patitur rem ſuam pignori obligari, & non contradicit, conſentire videtur, *l. fideiuſſor* 26. §. *pater. ff. de pignor.* Si vero actus talis ſit, qui potuerit etiam tacete invito expediri, taciturnitas pro conſenſu non habetur, ſed potius pro diſſenſu, *l. Cajus* 39. *ff. de pignor. act.* Dyn. *in d. cap. qui tacet. de R. Jur. in* 6. Phil. Matth. *ad l. hanc. n.* Bronch. *cent.* 4. *aſſert.* 94. Aliter hanc rem expediunt Hippol. à Collib. & Sturt. *hîc.* & dicunt, in quibus caſibus lex manifeſtum diſſenſum requirit, eum, qui tacet, velle credi; in quibus verò lex conſenſum & voluntatem expreſſam deſiderat, eum qui tacet, nolle judicari; *l.* 2. §. *voluntatem. ff. ſol. matr.*

Lex 144.

In pœnalibus] Hæc regula, quia in ſuperioribus ſatis declarata eſt ulteriori declaratione non indiget: Ne tamen ſicco eam, ut ajunt, pede præteriiſſe videar; unam atque alteram quæſtionem ſubjiciam, & *primò* quidem argumento hujus ipſius legis. Eum qui aggreſſorem non ſervato moderamine inculpatæ tutelæ occidit, non ordinariâ legis Corneliæ de ſicariis pœnâ, ſed extra ordinem pro arbitrio ſaltem judicis plectendum eſſe exiſtimo, quod etiam probo *argumento leg. ſi adulterium* 38. §. *Imperator* 8. *ibi, difficilimum eſt, juſtum dolorem temperare, & ideo pœna eſt mitiganda. ff. ad Leg. Jul. de adult. l.* 1. §. 3. *ff. ad* L. *Cornel. de ſicar. l. cui cùm. major.* 14. §. *ſi libertus.* 6. *ibi, ignoſcendum enim eſt ei, ſi voluit ſe ulciſci provocatus. ff. de bon. libertor.* Didac. Covarruv. *in Clem. ſi furioſus. part.* 3. §. *un. num.* 3. *de homicid.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. cauſa* 278. Andr. Geil. *lib.* 2. *obſ.* 110 *num.* 15. Henric. Bocer. *in tr. de pugnat. lib.* 2. *c.* 9. Secundò. *arg. huj. legis. tuebor*; Feudum antiquum propter delictum in extraneum perpetratum, amiſſum devolvi ad collaterales agnatos propriores in gradu. Sunt qui hoc caſu feudum ſolum ad agnatos, qui ſunt in quarto gradu, & non ad intermedios pervenire exiſtimant; quorum opinio dura & abſurda eſt, nec rationi & æquitati conveniens; quæ in delictis tamen maximè ſpectanda eſt. *l. h. n.* Æquitas enim uult, ut pœna non extendatur ad eos qui nihil deliquerunt; nemo enim odio alterius prægravari debet: Atqui illi qui ſunt in ſecundo & tertio gradu, nihil deliquerunt. Ergo feudo illo propter delictum vaſalli privari non debent. Deinde facit text. *in cap. penult. Quæ fuit prim. cauſ. feud. am.* Et tertiò probatur *per cap. un. An ille qui interf. frat. dom.* Qui text. non de agnato in quarto gradu, ſed proximiori juxta graduum computationem manifeſtè diſponunt. Hanc opinionem ſequuntur Gl. Alvar. Matth. de Afflict. *in c. ſi vaſallus culpam. ſi de feud. def. conten. ſit.* Hartman. Piſtor. *lib.* 2. *quæſt. part.* 1. *q.* 15. *num.* 12. Andr. Fachin. *lib.* 7. *controv. c.* 21. Bronch. *cent.* 4. *aſſ.* 101. Diſſ. Sonsb. *de feud. part.* 13. *n.* 8. *verſ. Secunda regula generalis.* Clar. §. *Feud. quæſt.* 66. Curt. jun *part.* 5. *n.* 10. *verſ. Tertia principalis concluſio. &* Zaſ. *in Epit. de feud. part.* 12. *n.* 103. *&* 104.

publ. l. fin. C. eod. Facit quòd privatus qui militem ad ſuum tenet obſequium, quinque libris auri punitur *l. nemo. C. de re milit.* Decian. *lib.* 8. *tr. crim. c.* 3. *num.* 5. 6. & 7. ubi variè declarat, quando & quomodo armorum valeat prohibitio. Ex hactenus dictis jam apparet, veriſſimum eſſe illud Ulpiani noſtri, *in h. l.* 152. Quicquid per vim fit, pertinere aut ad publicæ, aut ad priuatæ vis crimen; Ne quid autem per vim fiat, legibus & conſtitutionibus principum proſpicitur, *l.* 1. §. *ni quid autem* 2. *ff. de vi & ui arm.* Hipp. à Collib. *in fin. hîc.*

Lex 152. § ult.

Quibus doli præſtatio vel bona fides] Baldus *conſil.* 343. *lib.* 1. & ex eo Weſ. *ad* §. *actionum, num.* 1. *Inſt. de act.* putavit per clauſulam illam conſuetam, **Alles trewlich vnd ohne gefehrde** / induci, ut ex ſtricti juris contractu fiat contractus bonæfidei; motus argumento deducto ex §. *l. h. n. ult.* quia ſcilicet doli excluſio videatur obtinere vim bonæfidei. Contrarium tamen rectè docuit Gœdd. *in tract. de contrah. ſtipul. cap.* 8. *num.* 25. Primò, quia pacta in continenti contractibus adjicere licet; ea tamen oportet talia eſſe, ut rei ſubſtantia non deſtruatur, ſed integra maneat, *l. nec ex prætorio* 27. *ſupr. h. tit. leg. jus publicum. ff. de pact.* Atqui bona fides & ſtricta ratio ad formam & ſubſtantiam contractuum bonæfidei & ſtricti juris pertinet; Gœd. *d. loc. n.* 2. 3. & *ſeqq.* Ergo per dictam clauſulam ex ſtricti juris judicio, bonæfidei effici non poteſt. Deinde dicta clauſula nihil aliud eſt, quàm clauſula: *dolum malum abeſſe, abſuturumque eſſe, l. ſtipulatio iſta* 38. §. *ſi quis dolum. l. doli* 119. *l. ex ea parte* 121. *ff. de Verb. Obligat.* Sicut autem ſtipulatio, *Dolum malum abeſſe, abſuturùmque*, mutuo vel ſtipulationi, aut cuicunque alii negotio ſubdita, ex eo contractu non facit contractum bonæfidei, nec ipſa quoque ſtricti juris ſtipulatio eſſe ceſſat, *d. l. doli* 119. *d. l. ex ea parte* 121. ita nec Germanorum conſueta clauſula (**trewlich vnd ohne gefehrde** / *bonâ fide & absque dolo malo*) contractus principalis, cui accedit, naturam mutat vel alterat, ſed in caſum adhibiti doli cavet, ut de eo in id, quod intereſt, promiſſor ſit obligatus, *d. leg. doli* 119. & *d. leg. ex ea parte* 121.

Digitized by Google

Lex 155.§.ult.

In pœnalibus] Hæc regula, quia in ſuperioribus ſatis declarata eſt ulteriori declaratione non indiget: Ne tamen ſicco eam, ut ajunti pede prætermiſſe videar; unam atque alteram quæſtionem ſubjiciam, & *primò* quidem argumento hujus ipſius legis. Eum qui aggreſſorem non ſervato moderamine inculpatæ tutelæ occidit, non ordinariâ legis Corneliæ de ſicariis pœnâ, ſed extra ordinem pro arbitrio ſaltem judicis plectendum eſſe exiſtimo, quod etiam probo *argumento leg. ſi adulterium* 38. §. *Imperator* 8. *ibi, difficilimum eſt, juſtum dolorem temperare, & ideo pœna eſt mitiganda. ff. ad Leg.* Jul. *de adult. l.* 1. §. 3. *ff. ad* L. *Cornel. de ſicar. l. cui cùm. major.* 14. §. *ſi libertus.* 6. *ibi, ignoſcendum enim eſt ei, ſi voluit ſe ulciſci provocatus. ff. de bon. libertor.* Didac. Covarruv. *in Clem. ſi furioſus. part.* 3. §. *un. num.* 3. *de homicid.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. cauſa* 278. Andr. Geil. *lib.* 2. *obſ.* 110 *num.* 15. Henric. Bocer. *in tr. de pugnat. lib.* 2. *c.* 9. Secundò. *arg. huj. legis. tuebor*; Feudum antiquum propter delictum in extraneum perpetratum, amiſſum devolvi ad collaterales agnatos propriores in gradu. Sunt qui hoc caſu feudum ſolum ad agnatos, qui ſunt in quarto gradu, & non ad intermedios pervenire exiſtimant; quorum opinio dura & abſurda eſt, nec rationi & æquitati conveniens; quæ in delictis tamen maximè ſpectanda eſt. *l. h. n.* Æquitas enim uult, ut pœna non extendatur ad eos qui nihil deliquerunt; nemo enim odio alterius prægravari debet: Atqui illi qui ſunt in ſecundo & tertio gradu, nihil deliquerunt. Ergo feudo illo propter delictum vaſalli privari non debent. Deinde facit text. *in cap. penult. Quæ fuit prim. cauſ. feud. am.* Et tertiò probatur *per cap. un. Atrille qui interf. frat. dom.* Qui text. non de agnato in quarto gradu, ſed proximiori juxta graduum computationem manifeſtè diſponunt. Hanc opinionem ſequuntur Gl. Alvar. Matth. de Afflict. *in c. ſi vaſallus culpam. ſi de feud. def. conten. ſit.* Hartman. Piſtor. *lib.* 2. *quæſt. part.* 1. *q.* 15. *num.* 12. Andr. Fachin. *lib.* 7. *controv. c.* 21. Bronch. *cent.* 4. *aſſ.* 101. Diſſ. Sonsb. *de feud. part.* 13. *n.* 8. *verſ. Secunda regula generalis.* Clar. §. *Feud. quæſt.* 66. Curt. jun. *part.* 5. *n.* 10. *verſ. Tertia principalis concluſio. &* Zaſ. *in Epit. de feud. part.* 12. *n.* 103. & 104.

Cæterum pro limitatione prædictorum tenendum eſt, licet quis regulariter, uti dictum eſt, adeundo vel agnoſcendo hæreditatem uideatur approbare; quod per anteceſſorem ſuum eſt diſpoſitum, quod tamen non cenſeatur approbare ea, quæ defunctus contra legis præcepta juſſit; atq; adeò vel jure ipſo vel per modum exceptionis ſunt invalida, uti notatur in *l fin. C. de his quæ pen: nom*: & ad id textus eſt optimus *in l. dotale. §. fin. ff. de fund. dot.* atque ita declarandam regulam *d. l. cum à matre*, docuerunt Bald. *in c.* 1. *de prohib. feud. al. per Frider.* & *in c.* 1. *§. alienare. qual. olim. feud. alien. poter.* Steph. Bertrand. *in repet. l. hac edictali. §. ſi cum plus. nu.* 12. *C. de ſec. nupt.* Bart. *in l. poſt contractum. col.* 3. *verſ. ſed an venditor. ff. de donat.* & conſulendo ſecuti ſunt Bald. *conſ.* 161. *col.* 1. *verſ. præterea quoties. vol.* 5. Caſtrenſ. *conſil.* 221. *col.* 2. *vol.* 1. Corn. *conſ.* 301. *n.* 2. *vol.* 1. Grat. *conſ.* 91. *n.* 26. *vol.* 1. Pariſ. *conſ.* 33. *n.* 97. *vol.* 3. Socin. ſen. *conſ.* 79. *n.* 47. *vol.* 4. Socin. jun. *conſ.* 77. *num.* 134. *volum.* 1. Natt. *conſ.* 289. *num.* 6. *vol.* 2. Dec. *conſ.* 445. *num.* 50. Cravetta *conſ.* 200. *nu.* 5. *vol.* 1. Grammat. *deciſ. Neapolit.* 93. *n.* 8. Et hanc limitationem reverâ eſſe realem & juridicam *ad. d. l. cum à matre*, affirmat Joſeph. Ludovic. *concluſ.* 16. *verſic. hæc reverâ. eſt realis.* Eaque in tantum vera eſt, ut etiam tum; cum actus eſt invalidus, & juramento confirmatus heres ad ejus obſervantiam non teneatur, juxta ea, quæ tradit Innocentius *in cap. veritatis, de jurejur.* Bartol. *in l. qui ſuperſtiti. ff. de acquir. vel amit. hered.* Baldus *in auth. ſacramenta puberum in fin. C. ſi adverſ. vendit.* Parpal. *in l. ſi quis maior. n.* 95. & ibidem Cagnol. *C. de tranſact.* Couar. *in c. quamvis. part.* 1. *§.* 5. *n.* 3. *&* 4. *de pact. in* 6. Ruin. *conſ.* 167. *n.* 8. *vol.* 1. Limitant Dd. hanc regulam amplius, ut locum habeat in herede univerſali; non autem in herede in legitimâ tantùm inſtituto, Gl. *in d. l. cum à matre*, & ibi Bald. *col.* 2. & ibi Ang. Paul & Sal. *C. de rei vend.* plures limitationes adducit Antonius Gabriel. *comm. concluſ. lib.* 6. *concluſ.* 11. *pag. mihi* 498. *&* 499. Hiſce ſubjicere licet quæſtionem illã, qua regula hæc illuſtratur; An Epiſcopus æs alienum à prædeceſſore ſuo contractum exſolvere teneatur? Reſp. quòd non, niſi conſenſus Capituli intervenerit, vt pecunia in rem Eccleſiæ verſa probetur, Cujac. *in tr.* 8. *ad Afric. ad l. ult. de exerc. act. & l.* 17. *de in rem. verſ.* Hart. Piſtor. *quæſt.* 37. *nu.* 32. *& ſeqq. lib.* 1. Menoch. *lib.* 2. *de arbr. jud. quæſt.*

cent. 5.

Digitized by Google

cent. 5. *casu*. 432. Nec obſtat, quòd ſecundum hanc regulã noſtram, ſucceſſor teneatur implere factũ defuncti in iis quæ ad dignitatẽ & officiũ ejus ſpectant. Id namq; ita intelligendum eſt, ut ſucceſſores ratum habere teneantur, quod à prædeceſſoribus legitimè, juſtè ac utiliter ratione officii vel dignitatis geſtum eſt, *c. deceſſorẽ* 15. *quæſt* 2. *c. Epiſcopi* 4. *de reb. Eccl. non alien. c. ſignificavit.* 36 *de reſcript*. Cacheran. *deciſ*. 139. Henr. Gœden. *conſ*. 7. *n*. 35. Matth. Steph. *lib*. 3. *de juriſd. part*. 1. *c*. 14. *num*. 43. *pag. mihi* 126.

Lex 152.

Hucjure utimur] Vis publica eſt, quæ cum armis; privata, quæ ſine armis committitur, *§. recuperandæ. in fine.* ubi Weſenb. *Inſtit. de interdict.* Harprecht *ad* §. 8. *nu* 2. *Inſtit. de publ. judic.* Fachin. *libr*. 9. *controv. cap*. 102. Decian. *lib*. 8. *tract. crimin. c*. 1. *nu*. 9. Damhoud. *in pract. crim cap*. 97. *nu*. 2. Duar. *lib*. 1. *diſput. cap*. 22. Gœdd. *ad l*. 41 *num*. 4. *&* 10. *de V. S.* Oleman. *diſput*. 48. *ad Inſtit. jur. num*. 34. *&* 35. *in object. & reſolut.* Giphan. *hic*. Diſſ. Bartol. *in l. ſi criminis* 4 C. *ad l. Jul. de vi publ & priv*. & poſt eum. Ant. Teſſaur. *deciſ*. 35. *num*. 6. & Robert. *lib*. 3. *ſentent. cap*. 22. exiſtimantes, injuriam factam perſonæ, ita demum cadere in crimen publicum legis Juliæ de vi, ſi fiat coadunatis hominibus; Moventur I. *per l*. 3. *in fin. & l. qui cœtu. ff. ad l.* Juliam. *de vi publ. & l. qui dolo*. §. 1. *ff. eodem*. II. Quia publicum dicitur, quaſi populicum Ergo, ut vis dicatur publica, coadunatis hominibus eſt opus. Malè: Solam enim coactionem ac convocationem hominum non efficere vim publicam, etiamſi maximè præmeditate parataque ſit, patet *ex l*. 2. 3. 4. *&* 7. *de vi priv*. niſi in parando, meditando, inferendoque arma ſint adhibita vel tentata, *l*. 5. *ff. eodem. & l. pen. ff. de vi publ.* Ideoque neceſſitas ſuadet, ut *d. l*. 3. *& l. qui cœtu*, ſimileſque exaudiantur: *Cum armis* Idem urget *§. item lex* J*ulia. de vi. Inſtit. de publ. judic.* & convincit, quòd ab uno homine armato, eoque ſolo, vis publica inferri poſſit, ut interdicto de vi armata & cæteris judiciis locus eſſe poſſit, *l*. 3. §. *plus dicitur* 4. *ff. de vi & vi arm. l*. 2. §. *homines.* §. *item ſi proponas ſolum. ff. de vi bon. rapt.* Th. Grammat. *conſ. crim*. 43. *per tot.* Andr. de Iſern. *in conſtit. de illica port. armor. libr*. 1, *conſtit. tit*. 10. *in* 1. *gl. verſic. ſed ſi da-*

mnum. & *verſ. multò quoque magis.* Carer. *in prax.* §. *circa n.* 343. Jul. Clar. *in pract. crim.* §. *final. quaſt.* 83. *verſ. vim publicam.* Alber. *in d. l. ſi criminis* 4. C. *ad l. Jul. de vi publ.* & *priv.* Gomez. *lib.* 3. *var. reſol. c.* 4. *in pr.* Nec obſtat argumentum deſumptum ab etymologia; quia ſpectatur hìc turbatio publicæ pacis, quæ ſequitur ex armorum motu etiam non coadunatis hominibus. Non obſtat etiam *lib.* 5. *ſent. Paul. tit.* 26. ex quo dicendum videtur, vim publicam eſſe, quę à perſona publica, privatam, quæ à privata infertur. Teſtatur enim Paulus ibi. L. Juliâ de vi publica damnari magiſtratū, qui civem Romanum præter officium vel necaſſet, vel torſiſſet, vel in vincula conjeciſſet, vel etiam condemnaſſet: ſed l. Juliâ de vi privata teneri hominem privatum, qui quoquo modo alteri vim feciſſet; Reſpondeo, quod differentia illa, teſte Deciano, fortè potuit eſſe ante conpilationem ffrorum; Quorum in compilatione hoc obſervatum regulariter, ut publica diceretur vis, quæ cum armis, privata quæ ſine armis fieret, Dixi, olim L. Juliâ fuiſſe condemnatum magiſtratum judicem, qui aliquem injuſtè in carcerem conjeciſſet, occaſione iſtius jam obiter quærere libet. *Utrum jure noſtro judex teneatur injuriarum, ſi aliquem ſine juſta cauſa in vincula vel carcerem conijciat?* Affirmo, ſi modò animus injuriandi in eo apparet, *l.* 32. *ff. de injur.* Siquid, inquit ibi Juriſconſultus, per injuriam fecerit magiſtratus, vel quaſi privatus, vel fiduciâ magiſtratus, injuriarum poteſt conveniri, unde Roland. à Valle *conſil.* 17. *num.* 1. *lib.* 3. & 18. *num.* 5. & 65. *num.* 16. *eod. lib.* & noviſſimè Fachin. *libr.* 9. *contr. cap.* 57. *pag.* 551. *lit. marg. D.* Porrò nihil movet locus Iſidori, *libr.* 5. *Etymol. cap.* 26. dum ibi dicit, vim privatam eſſe, ſi quiſquam ante judicium armatis hominibus quenquam à ſuo dejecerit vel expugnaverit; Jam ante enim quid jure noſtro Juſtinianeo ſancitum ſit de hac re, ſatis demonſtravimus; Ideoque definitiones aliunde, quàm ex illo fonte, hauſtas & depromptas meritò non admittimus: Quia in definitionibus ſuprà traditis armorum mentionem fecimus, ulterius nunc inquirendum eſt; *Quidnam armorum appellatione contineatur*; Armorum appellatione non utique ſcuta, gladii & galeæ, ſed & fuſtes & lapides continentur, *l.* 41. *ff.* & ibi eleganter Gœdd. *ff. de verb. ſignificat.* Nam non ſolum arma

Digitized by Google

arma ſunt, quibus utimur in bellis: Verùm etiam ſi quæ alia tela ad nocendum facta, vel arma extra belli cauſam, cujusmodi lapides & fuſtes: quorum uſus etiam eſt extra militiam ad lædendos homines, *l. 3. §. 2. ff. de vi & vi arm.* Ratio manifeſta *in l. armatos 9. ff. de vi publ.* quia illi non ſolùm armati dicendi, qui tibiali, thorace, loricâ induti, qui ſcuto & gladio muniti, verum etiam hi, qui tela habent ad nocendum facta, neque ſolum qui tale ejusmodi, ſed etiam quicquid aliud, quod nocere poteſt, *d. l. 9.* licet nocendi gratiâ factum non ſit. Satis enim eſt, quod eo animo arripuerit, geſſerit, habuerit, ut noceret, modò ad nocendum ſit aptum; Ideoque & dentes, ungues, cornua, & ſi quæ ſunt ejus generis alia, arma vocantur, maximè brutorum, cum vel ipſo uſu vel natura ita inſtigante hæc & ad nocendum & defendendum adhibeant. Probat hæc omnia etiam notationis ratio. Sive enim ab arcendo, ſive arma dicta fateamur, ea demum arma erunt, quæ in hoc facta ſunt vel habentur, ut nos tueamur: Atqui tam tela, fuſtes, lapides, romphææ, haſtæ, quam galeæ, tibialia, thoraces, defenſioni ac tuitioni inſerviunt. Nam & nocendo nos tuemur: nec melius quisquam repelli poteſt, quam ſi id illi inferre enitamur, quòd in nos parabat, *arg. l. ut vim. ff. de* J. & J. Gœddæus. *d. loc.* Diſſent. Angel. *in §. ex maleficiis. & ibid.* Jaſ. *Inſtit. de act.* qui putant, lapides, fuſtes, cultellos & ſimilia proprie armorum appellatione non contineri, & propterea non comprehendi ſtatutis prohibitoriis; Hinc rurſus alia reſultat quæſtio: *Utrum ſcilicet jure civili armorum uſus privatis interdictus ſit*; Affirmant quidam per *Nov. 85. de arm.* Quamvis autem non expreſſe armorum uſus ibi ſit prohibitus, attamen per neceſſariam conſequentiam. Ideo dicitur ibi *in verſ. cap. 4.* hoc enim facto nemini omnimo dabitur licentia, neque privatis, qui urbes inhabitant, neque ruſticis, qui agros colunt, armis in mutuam perniciem utendi, audendique cædes. Dd. *in leg. 1. ff. de vi publ.* Bartol. Angel. *in rubric. & nigr. C. ut armor. uſus.* Bart. *in c. His fin. lex. lib. 2. feud.* ubi etiam Afflict. Boſſ. *in tit. de var. viol num. 7.* Multo ergo minus licebit habere armatos, prout faciunt quotidie, qui rixis inhiant, armatis ſemper ſtipati incedentes, *leg. 3. in princ. de vi*

publ. l. fin. C. eod. Facit quòd privatus qui militem ad ſuum tenet obſequium, quinque libris auri punitur *l. nemo. C. de re milit.* Decian. *lib.* 8. *tr. crim. c.* 3. *num.* 5. 6. & 7. ubi variè declarat, quando & quomodo armorum valeat prohibitio. Ex hactenus dictis jam apparet, veriſſimum eſſe illud Ulpiani noſtri, *in h. l.* 152. Quicquid per vim fit, pertinere aut ad publicæ, aut ad priuatæ vis crimen; Ne quid autem per vim fiat, legibus & conſtitutionibus principum proſpicitur, *l.* 1. §. *ni quid autem* 2. *ff. de vi & ui arm.* Hipp. à Collib. *in fin. hic.*

Lex 152. § ult.

Quibus doli præſtatio vel bona fides] Baldus *conſil.* 343. *lib.* 1. & ex eo Weſ. *ad* §. *actionum, num.* 1. *Inſt. de act.* putavit per clauſulam illam conſuetam, **Alles trewlich vnd ohne gefehrde**, induci, ut ex ſtricti juris contractu fiat contractus bonæfidei; motus argumento deducto *ex* §. *l. h. n. ult.* quia ſcilicet doli excluſio videatur obtinere vim bonæfidei. Contrarium tamen rectè docuit Gœdd. *in tract. de contrah. ſtipul. cap.* 8. *num.* 25. Primò, quia pacta in continenti contractibus adjicere licet; ea tamen oportet talia eſſe, ut rei ſubſtantia non deſtruatur, ſed integra maneat, *l. nec ex prætorio* 27. *ſupr. h. tit. leg. jus publicum. ff. de pact.* Atqui bona fides & ſtricta ratio ad formam & ſubſtantiam contractuum bonæfidei & ſtricti juris pertinet; Gœd. *d. loc. n.* 2. 3. *& ſeqq.* Ergo per dictam clauſulam ex ſtricti juris judicio, bonæfidei effici non poteſt. Deinde dicta clauſula nihil aliud eſt, quàm clauſula: *dolum malum abeſſe, abfuturumque eſſe, l. ſtipulatio iſta* 38. §. *ſi quis dolum. l. doli* 119. *l. ex ea parte* 121. *ff. de Verb. Obligat.* Sicut autem ſtipulatio, *Dolum malum abeſſe, abfuturùmque*, mutuo vel ſtipulationi, aut cuicunque alii negotio ſubdita, ex eo contractu non facit contractum bonæfidei, nec ipſa quoque ſtricti juris ſtipulatio eſſe ceſſat, *d. l. doli* 119. *d. l. ex ea parte* 121. ita nec Germanorum conſueta clauſula (**trewlich vnd ohne gefehrde**, *bonâ fide & absque dolo malo*) contractus principalis, cui accedit, naturam mutat vel alterat, ſed in caſum adhibiti doli cavet, ut de eo in id, quod intereſt, promiſſor ſit obligatus, *d. leg. doli* 119. & *d. leg. ex ea parte* 121.

Digitized by Google

Lex 155.§.ult.

In pœnalibus] Hæc regula, quia in ſuperioribus ſatis declarata eſt ulteriori declaratione non indiget: Ne tamen ſicco eam, ut ajunt, pede prætieriiſſe videar; unam atque alteram quæſtionem ſubjiciam, & *primò* quidem argumento hujus ipſius legis. Eum qui aggreſſorem non ſervato moderamine inculpatæ tutelæ occidit, non ordinariâ legis Corneliæ de ſicariis pœnâ, ſed extra ordinem pro arbitrio ſaltem judicis plectendum eſſe exiſtimo, quod etiam probo *argumento leg. ſi adulterium* 38. §. *Imperator* 8. *ibi, difficilimum eſt, juſtum dolorem temperare, & ideo pœna eſt mitiganda. ff. ad Leg. Jul. de adult. l.* 1. §. 3. *ff. ad* L. *Cornel. de ſicar. l. cui cùm. major.* 14. §. *ſi libertus.* 6. *ibi, ignoſcendum enim eſt ei, ſi voluit ſe ulciſci provocatus. ff. de bon. libertor.* Didac. Covarruv. *in Clem. ſi furioſus. part.* 3. §. *un. num.* 3. *de homicid.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quaſt. cauſa* 278. Andr. Geil. *lib.* 2. *obſ.* 110 *num.* 15. Henric. Bocer. *in tr. de pugnat. lib.* 2. *c.* 9. Secundò. *arg. huj. legis. tuebor*; Feudum antiquum propter delictum in extraneum perpetratum, amiſſum devolvi ad collaterales agnatos propriores in gradu. Sunt qui hoc caſu feudum ſolum ad agnatos, qui ſunt in quarto gradu, & non ad intermedios pervenire exiſtimant; quorum opinio dura & abſurda eſt, nec rationi & æquitati conveniens; quæ in delictis tamen maximè ſpectanda eſt. *l. h. n.* Æquitas enim uult, ut pœna non extendatur ad eos qui nihil deliquerunt; nemo enim odio alterius prægravari debet: Atqui illi qui ſunt in ſecundo & tertio gradu, nihil deliquerunt. Ergo feudo illo propter delictum vaſalli privari non debent. Deinde facit text. *in cap. penult. Quæ fuit prim. cauſ. feud. am.* Et tertiò probatur *per cap. un. An ille qui interf. frat. dom.* Qui text. non de agnato in quarto gradu, ſed proximiori juxta graduum computationem manifeſtè diſponunt. Hanc opinionem ſequuntur Gl. Alvar. Matth. de Afflict. *in c. ſi vaſallus culpam. ſi de feud. def. conten. ſit.* Hartman. Piſtor. *lib.* 2. *quaſt. part.* 1. *q.* 15. *num.* 12. Andr. Fachin. *lib.* 7. *controv. c.* 21. Bronch. *cent.* 4. *aſſ.* 101. Diſſ. Sonsb. *de feud. part.* 13. *n.* 8. *verſ. Secunda regula generalis.* Clar. §. *Feud. quaſt.* 66. Curt. jun *part.* 5. *n.* 10. *verſ. Tertia principalis concluſio. &* Zaſ. *in Epit. de feud. part.* 12. *n.* 103. & 104.

Lex 156.

Invitus nemo] Defenſio rei alienæ nemini invito obtrudi debet: Quæ cauſa etiam eſt, quòd invitus procurationem ſuſcipere nemo cogitur. *l. filiusfamil.* 8. §. 1. *ff. de procurat.* & *l. invitus* 17. *C. eod.* Imò licet procurator ſatis dedit de judicato ſolvendo & defendendo, tamen non cogitur præcisè dominum defendere, ſed ſufficit actori, quòd poſſit agere ex ſtipulatione judicatum ſolvi; quæ committitur ad intereſſe ob rem non defenſam. *l. mutus* 43. §. *ult. cum ll. ſeqq. ff. de procurat.* Verum obſt. *d. l. filiusfam.* 8. §. *ult. ff. de procur.* Ubi aſſeritur, quòd procurator, pro quo conſentiente dominus ſatis dedit judicatum ſolvi, cogatur judicium accipere & dominum defendere, nec liberatur præſtando id quod intereſt domini litem non defenſam. Reſp. Bronch. *cent.* 1. *aſſ.* 53. ſub hac diſtinctione: Aut, inquit, ipſe procurator ſatis dedit de judicando, ſolvendo & defendendo, & tunc non cogitur præcisè dominum defendere; ſed ſatis eſt committi ſtipulationem ob rem non defenſam ad intereſſe. *l. non cogendum* 45. *ff. de procurat.* Sufficitque eum teneri domino actione mandati ad intereſſe. §. *mandatum. Inſtit. mandat.* Aut dominus ſatis dedit pro procuratore præſente & ſciente, judicatum ſolvi, & tunc præcisè cogitur procurator defendere. *d. l.* 8. §. *ult. l. ſi. defunctus* 15. *ff eod.* Rationem ſubjicit Bronch. *d. loc.* quia cùm dominus cavit pro procuratore, tunc meritò Prætor poteſt compellere procuratorem, ut præcisè defendat, & judicium accipiat, ne ſcilicet ſimul & actor & dominus, quibus utrisq; fidem præſtitit procurator, decipiantur.

Lex 156. §. 1.

Cui damus actiones] Ratio eſt, quòd lege faciliùs jus quæſitum conſervetur, quàm ut novum quæratur. *l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui. l. nec non.* §. *pen. ff. ex quib. cauſ. maj.* Opp. *l. ſi quis. C. lec.* & *l.* 1. *in pr. verſ. redigit. ff. quod. legat.* quas conciliant Per. Fab. & poſt eum Sturt. & Hippol. à Collib. *hic.*

Lex 172.

In contrahendâ] Probatur ſententia hujus regulæ per *l. veteribus. ff. de pact. l. Labeo* 21. *cum. l. ſeq. de contr. emp. l.*

9. *de act.*

9. de act. rer. amot. l. 10. C. de pact. conv. l. cum in lege 33. l. ade. 73. ff. de contr. empt. l. 52. ff. loc. Et defenditur eadem à Pac. *cent. 2. quæſt.* 7. Borch. *de pact. c. 5. n.* 55. Cuj. *lib. 1. obſ. 10. lib. 9. c. 37. & in l. inter ſtipulantem. ff. de V. Obl.* Mudæo *ad d. l. Labeo.* Franc. Zoan. *in tract. de pact. retrovend. n. 98. & ſeqq.* Hot. *lib. 2. amicab. reſp. c.* 10. Wurm. *pract. obſ. lib. 2. tit. de pact. obſ.* 3. Bronch. *cent. 1. aſſ.* 40. Giphan. *hic.* Joh. Ram. *in Enchir.* R. Jur. *lib. 1. ax.* 52. Diſſ. quidam *per l. ſi quis intentione 66. ff. de judic.* ubi dicitur, quod cum aliquis obſcura vel ambigua oratione utitur; id accipi debeat, quod ipſi utilius eſt, non quod ei nocet: Id ipſum etiam *in fin. h. l.* 172. aſſeritur. Reſp. Diſtinguendum eſſe inter conventionem ſeu pactum & judicium ſeu actionis libellum: Etenim libellum actoris interpretamur pro actore; verba autem venditoris paciſcentis interpretamur contra venditorem. Rationem differentiæ aſſignavimus ſuprà *ad leg. 9.* ex Pacio *d. loc. hanc.* Quia contractus & conventiones non valent, niſi ex conſenſu utriusque partis *l. 1. §. adeò ff. de pact.* Proinde venditor non poteſt uti contra emptorem verbis à ſe prolatis, niſi ſecundum eam ſententiam, in quam emptor quoque conſenſit: quoniam igitur emptor in dubio non creditur conſenſiſſe, niſi ut quàm minimum ſibi noceret; Idcirco fit interpretatio pro emptore contra venditorem, qui ſibi imputare debet, cur non apertius locutus ſit. Alia ratio judicii eſt: quia judicium redditur etiam in invitum: quapropter in libello conventionis non ſpectamus, quid reus ſenſerit, de cujus conſenſu non ſumus ſoliciti: ſed tantum quærimus, quid actor petere voluerit: ideoque ſic verba accipimus, ut maximè proſint actori. *l. inter 83. §. 1. ff de V. O.* Rectè igitur JCtus *in fin. h. l.* dicit; quod ambigua intentio ita accipienda ſit, ut res actori ſalva ſit. Diſſent. iidem quos dixi, per alios multos textus, ad quos ſufficienter prædicti Dd. reſpondent.

Lex 173. pr.

In condemnatione] Diximus de hac regula ſupra ad *L. Eos qui ex liberalitate 28. h. t.*

§. 1. *Cum verbum Reſtituas*] Reſtituere non ſolum ſignificat rem exhibere ſive præbere, ſed ut cum univerſâ ſuâ etiam uſucapiendi causâ, acceſſione, fructu, uſurâ, intereſſe &

omni commodo ac emolumento tam occaſione rei, quàm ex ipſa re proveniente reddatur atque præſtetur, *l. plus eſt in reſtitutione 22. l. reſtituere 35. l. cum prætor 81. & l. fin. ff. de verb. ſignif.* & ibidem paſſim Gœdd. *in commentariis, l. qui reſtituere. l. præterea l. ex diverſo. ff. de rei vind. l. 2. l. videamus §. in tantum. ff. de uſur.*

§. 2. *Unicuiq; ſua mora*] Quando agitur de morâ per dolum vel culpam unius ex correis debendi contractâ, ſua unicuiq; mora nocet, non alteri; textus *hîc & in l. mora. 32. §. penult. ff. de uſur.* Nec diſtinguendum eſt hoc caſu utrum correi ſocii ſint, an nō ſint, quoniam ſocietas bonorum quidem communicationem inducit, ſed moram, quæ ab uno ex ſociis commiſſa eſt, communem propterea non facit, *l. 9. § 1. ff. de duob. reis conſtit.* Vtrùm obſtat *l. penult. d. tit.* de qua vide Pacium *cent. 7. quæſt. 34.*

§. 3. *Dolo facit*] Huius regulæ habetur exceptio *in l. 19. §. 1. ſupra eod.* Sic nec locum habet hæc regula in interdicto recuperandæ poſſeſſionis, quoniam ante omnia ſpoliato reſtitui oportet rem, cujus poſſeſſione dejectus eſt, etiamſi nihil omnino juris in re iſta habeat, *l. ſi quis 7. C. ad Leg. Jul. de vi publ.* Eum namque favorem jura poſſeſſioni ob bonum publicum indulſerunt, ut neminem, quicumque tandem is ſit, abſque judiciorum ordine poſſeſſionis jure privari velint, quemadmodum videre eſt ex iis, quæ præter alios notant Sichardus *ad leg. cùm ſervum. 6. num. 6. C. de ſervit. fugit.* Menochius *lib. 2. de arbitr. judic. quæſt. caſ. 20. num. 1. & ſeq. & de recuperat. poſſ. remed. 1. num. 329.* Andreas Geilius *lib. 2. obſerv. 75. num. 4.* Covar. *in cap. 23. num. 3. verſ. huic etiam opinioni accedit. lib. practic. quæſt.* Matthæus de Afflict *deciſ. Neapolit. 97. num. 3.* Cacheran. *deciſ. Pedem. 116. num. 6 & conſil. 67. num. 28.* Marant. *conſ. 10. num. 26.* Port. *conſ. 56. num. 6. & conſ. 182. num. 1.* Tib. Decian. *reſp. 37. num. 16. & 26. vol. 3. & reſp. 67. num. 23. vol. 5.* Schurff. *conſil. 58. num 2. cent. 2. & conſil. 6. num. 7. cent. 3.* Weſenb. *conſil. 48. num. 53 & ſeq.*

Lex 176.

Non eſt ſingulis] Hinc jure conſtitutum reperitur, ut is, qui propriâ autoritate & ſine judice jus ſibi dicit, vel per vim quod ſuum eſt, vel ſibi debetur, aufert, jus ſuum amittat. *l.*

iat. *l. extat. ff. quod met cauſ. l pen. & ult. ff. ad L. Jul. de vi priv. l. ſi quis in tantam C. und vi.* Ideo enim judiciorum vigor juriſque publici tutela in medio poſita eſt. ne quilibet priuatus ſibi ipſe permittere valeat vltionem. *l. nullus* 13. *Cod. de Judæ:* Bronch. *cent.* 1. *aſſ.* 56. *& cent* 4 *aſſ.* 75. Hinc etiam fit, ut creditori non liceat pignus occupare, etiamſi pacto ipſi permiſſum ſit. *l.* 3. *C. de pign.* Diſſ. Accur. & Interpp. prope omnes; Donell. *in d. l.* 3. Treutl. *diſp.* 11. *vol.* 1. *th.* 5. *in fin.* pro quibus nihil facit *l. pen. C. de pign. act.* Ea enim accipienda eſt de conventione, quâ creditori poſſidenti pignus conceſſa eſt à debitore facultas vendendi: quod pactum facit, ut debito ſoluto neceſſe non ſit debitori pignus reſtituere, ſed ut creditor pignus auferre, id eſt; alienare poſſit: Bron *cent.* 1. *aſſ.* 56. *in fin.* Rurſus ex ſententia hujus regulæ ſequitur, quod dominus Emphyteutam propriâ authoritate expellere non poſſit propter canonem non ſolutum per triennium: id quod etiam probatur *arg. d. l.* 3 *C. de pig. & d. l* 7. *C. und. vi.* Facit etiam *l. ex vectigali. ff. de pign* Recte quoque argumentum deſumitur ex eo, quod conſtitutum eſt in dote; Soluto enim matrimonio dos ad mulierem revertitur, & poteſt mulier eam vindicare. *l. in reb. verſ. voluimus itaque eam in rem actionem, &c. C. de iur. dot.* & tamen propriâ authoritate id facere non poteſt *l. dotis. C. ſolut. matrim.* Denique viget hoc, quod poſſent ex ejuſmodi expulſione autoritate propriâ factâ, oriri ſcandala, rixæ & delicta: quæ omnia leges evitare ſtudent, *vt in l. ſi cujus rei* 13. § *æquiſſimum.* 3. *de uſufr.* Inde enim injurias naſci non oportet, unde jura oriuntur. *l. in fundo. ff. de Rei vind.* Sequuntur hanc ſententiam Menoch. *rem.* 1. *retup. poſſ. n.* 78. & 79. Fach. *lib.* 1. *cent.* 1. *aſſ.* 82. Giphanius *hic.* Diſſ. Accur. *in l.* 1. §. *ſi pecunia in verb. omnino. ff. depoſ.* Bald. Salyc. Coraſ. in *l.* 1. *C. de J. Emph.* Porrò ſententiæ hujus regulæ noſtræ non obſtat. *l.* 1. *C. quand. lic. vnic. ſin. judic. ſe vindic.* vbi cuivis liberum permittitur obſeſſorem viarum furemve nocturnum in agris; etiam judice non adito, interimere. Reſp. enim illud ſpecialiter Impp. permiſiſſe; ne quiſquam in periculo vitæ conſtitutus rationem defendendæ ſalutis ſibi denegatam eſſe putaret.

Lex 182.

Quod nullius eſſe poteſt] Regula hæc ſecundum §. *nullius.*

Inſtit. de rer. div. intelligenda eſt de rebus ſacris, religioſis & ſanctis. Hæ enim res nullius eſſe poſſunt. Sunt quidem & aliæ res quæ nullius ſunt, ita tamen ut alicujus eſſe poſſint, quales ſunt feræ beſtiæ & volucres. *l. 3. ff. de acq. rer. dom. §. feræ. Inſt. de rer. div.* Ex hac regula apparet, quid ſentiendum ſit de quæſtione illa: Utrum res eccleſiaſticæ, etiam in impios uſus olim erogatæ, in priuatum patrimonium, vel potius in meliores magisque pios & Deo gratos uſus convertendæ ſint? Poſterius arg. hujus regulæ aſſero. Cum enim res ejuſmodi nullius in bonis ſint, & divini juris ſacrilegium committant, qui Deo & Eccleſiæ eas auferunt. Facit *l. legatum 16. ff. de uſu & uſufruct.* Ubi legatum civitati relictum eſt, ut ex reditibus quotannis in ea civitate, memoriæ conſervandæ defuncti gratiâ, ſpectaculum celebretur; quod illic celebrare non licet; quæritur, quid de legato exiſtimari debeat? Reſpondet JCtus, memoriam teſtatoris alio & licito genere celebrari debere. Ergo ſi à majoribus aliquid ad impios cultus legatum ſit, à poſteris ejuſmodi legatum revocari non debet, ſed ab impiis ad pios uſus & cultus traducendum eſt; Weſ. *ad* § 8. *Inſtit. de rer. div.* Schurff *cent. 1. conſ.* 48. Modeſtin. Piſtor. *conſ.* 34. *in fin.* Petr. Heig. *hic n. 11. & ſeq.* Schn. *ad d. §. 8. n. 10.* Wilhel. Zepper. de LL. Moſac. *lib. 4. c. 10. pag. 336. & ſeqq.* Lamb. Danæ. eleganter per plurimas rationes, *lib. 3. polit. Chriſtia. c. 2. pag. 176. & ſeqq.* Petr. Mar. *in comment. ad lib. 1. Reg. cap. 21. in pr.*

Disputatio XII.
& ultima.

Qua enucleatur L. 183. 184. 186. 187. 199. 203. 206. 207. & 211.

Propugnata à

Joſepho Avenario
Zizenſi.

Lex 183.

E*T ſi nihil facile*] Exemplum hujus regulæ extat in teſtamento inter liberos condito, quod nullis teſtibus præſen

ſentibus valet; etſi aliàs numerus ſeptem teſtium ad ſolenne teſtamentum requiratur; Text. eſt *in l. ult. ibi.* Etiamſi ſolennitate legum hujusmodi diſpoſitio fuerit deſtituta &c. *C. fam. ercisc. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & Auth. quòd ſine. C de teſtam.* Donell. *lib. 6. com cap.* 9. Hartm. Piſtor. *lib.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 4. Geil. *lib.* 2. *obſ.* 112. *n.* 7. Clar. §. *teſtamentum. quæſt.* 14. Hotom. *conſil.* 57. *n.* 15. Diſſ. Cujac. *conſult.* 1. cui reſpondet Fachin. *lib.* 4. *controv.* 1. Ratio hujus rei eſt; quòd in teſtamento paterno inter liberos non attendantur juris civilis diſpoſitiones; quæ ſunt introductæ ut fraudibus obvietur, *l. fin. §. Cum enim res. C. de fideicom.* ſed tantùm jus gentium conſideratur; & ſic de voluntate partis quæritur, an illa ſit perfecta; nec ne, non de ſolennitatibus juris civilis; Geil. *d. l. n.* 1. *ubi n.* 1. & 3. alius duas rationes recenſet. Et hæc vera ſunt etiam de teſtamento condito inter legitimatos ſive per matrimonium ſubſequens, ſive per reſcriptum principis. Imperiali enim reſcripto, qui legitimi facti ſunt, iisdem juribus fruuntur, quibus cæteri ex legitimo matrimonio procreati. §. *Et quoniam variè, &c. 2. ſit igitur licentia. Auth. quibus mod. nat. effic. legit.* Ergo & hoc jure & commodo frui debent, ut teſtamentum inter eos ſine teſtibus factum valeat Geil. *d. l. n.* 118. *& ſeqq.* Hart. Piſt. *lib.* 1. *q.* 1. *num.* 2. Dn. Reuſn. *de teſtam. p.* 4. *c.* 6. *nu.* 9. Ant. Teſtaur. 1. *deciſ. Pedemont.* 84. Fachin. *lib.* 4. *c.* 4. qui idem ibidem de liberis naturalibus aſſerendum non eſſe, rectè docet, ex hac ratione: Quòd leges de teſtamento inter liberos ſeu inter filios loquentes, de his accipiendæ ſint, qui verè & propriè ſint filii: Quia filius is eſt, qui ex legitimo matrimonio natus eſt; *l. filium. ff. de his qui ſui vel al. jur.* Si idem de naturalibus dicendum eſſet, proculdubio, ut in aliis caſibus fieri ſolet, expreſſum fuiſſet.

Lex 184.

Vani timoris] Pertinet hæc l. ad edictum prætoris: Quod metus cauſa. *l.* 5. & 6. *ff. quod met. cauſ.* In priori Ulpianus ait: Metum accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem, ſed maioris malitatis. In poſteriori Cajus inquit: Metum autem non vani hominis, ſed qui merito, & in hominem conſtantiſſimum cadat, ad hoc edictum pertinere dicemus. Timor igitur infamiæ vel alicujus vexationis,

quia vanus eſt, non excuſat. *l. nec timorem 7. ff. quod met. cauſ.* Hippolyt. à Collib. *hic.* Sturt. *numer. 3.* Shneid. *in § quadrupli. Inſt. de act.* Duaren. *ad t. ff. quod met. cauſ. c. 1.* Opponitur, quod metus infamiæ viris bonis major eſſe debet, quàm metus mortis, *l. iſti 8. §. pen. ff. d. t.* Reſpondet Pacius *cent. 2 quæſt. 68.* diſtinguendum eſſe inter falſam infam. vel criminationem, & delictum importans infamiam. Metus infamiæ, id eſt, criminationis, vt convitii & famoſi libelli; non dat reſtitutionem: quaſi vir bonus falſos rumores contemnere debeat: ſed metus criminis admittendi juſtiſſimus eſt, vt in ſpecie *d. l. 8. §. ultim.* magis vir bonus timere debet delictum ſtupri, quam mortem. Nam delictum omnino fugiendum eſt, etiamſi non importet infamiam. Etenim qui vi patiuntur ſtuprum, non notantur infamiâ, *l. 1. §. removet. ff. de poſtulat.* JCtus tamen *in d. § pen.* docet, ſatius eſſe mori, quam per vim ſtuprum pati. Ex ſententia hujus regulæ, & ex prædictis etiam patet, quid ſentiendum ſit de quæſtione illa, *Utrum minor, ſi vetulam edentatam, rugis & annis obſitam, parentum metu inductus in uxorem duxerit, reſtitutionis in integrum beneficio gaudere debeat?* Nimirum quod negativa verior ſit, ſi modo metus reverentialis ſit, & non talis, qui in inconſtantem virum cadere poſſit, *l. ſi patre cogente 22. ff. de rit. nupt. c. veniens. de ſponſal.* Covar. *de matr. p. 2. tom. 1. §. 4.* Geil. *2. obſerv. 93. nu. 22.* Fachin. *lib 1. controv. c. 96.* Pacius *cent. 2. quæſt. 67.* Sarmient. *lib. 2. ſelect. interp. c. 18.*

Lex 186.

Nihil peti poteſt] Cum tempus obligationi additum eſt; tum id, quod in obligationem deductum eſt, peti ante non poteſt, quam tempus illud præterierit, cum tempore plus petat, atque idcirco etiam in pœnam plus petentium incidat, qui præmaturè petit, *§. ſi quis agens. Inſt. de act.* Verum hinc jam exſurgit quæſtio: *Utrum is, qui debet ſub conditione, vel in diem, ſaltem ad præſtandam cautionem ante diem, vel conditionem cogi poſſit ex juſtâ cauſâ?* Affir. per text. *l. in omnibus 41. ff. de judic.* Juſta autem cauſa eſt, ſi debitor de fuga ſuſpectus ſit; ſi labatur facultatibus; Tunc enim ante diem obligationis, creditor ad interponendam cautionem agere poteſt. Hæc autem obtinent in bonæ fidei judiciis tan-

tantùm, *d.l.41.* non etiam in iis, quæ ſunt ſtricti juris, in quibus ante diem debitæ pecuniæ non rectè petitur cautio, niſi cùm bonorum petitur ſeparatio, *l.4.ff.de ſepar.l.quoties.§.ſi ſemel ff.de pecul.* Bronch.*cent.1. aſſer.20.* Quemadmodum igitur ex ſententia hujus regulæ id, quod in diem promiſſum eſt, ante diem peti non poteſt, ita id, quod ſub conditione promiſſum eſt, niſi conditio extitérit, peti nequit, *l.non quemadmodum 35. ff. de judic.* Cui obſtat, quòd ſi quis chirographum alterius deleverit, in quo continebatur obligatio pecuniæ ſub conditione debitæ, poteſt l. Aquiliâ conveniri & condemnari, antequam aliquid debeatur, id eſt, antequam ejus obligationis conditio extiterit, *l.in lege 40. ff. ad l. Aquil.* Reſpõdet Jul. Pac. *cent.3.q.26.* quòd alia ſit obligatio contenta in chirographo propoſito, quę exempli gratiâ fingatur eſſe obligatio mutui: alia ſit obligatio, ex qua convenitur lege Aquiliâ is, qui chirographum corrupit: Obligatio in chirographo contenta eſt cõditionalis & pendet: ſed obligatio legis Aquiliæ eſt præſens & pura. Ideoque rectè lege Aquiliâ actum fuit: quanquam exactio non ſtatim fit, ſed differtur, ut explicatur *in d.l.in lege 40.ff.ad l. Aquil.* Nec enim propterea pendet, aut differtur obligatio, quòd differtur effectus ejus, id eſt, exactio.

Lex 187.

Si quis prægnantem] Ratio regulæ hujus eſt: Quia is, qui in utero eſt, tum, quãdo de ipſius commodo quæritur, perinde habetur, ac ſi in rebus humanis eſſet, *l.qui in utero 7. ff. de ſtat. hom.l.231. & ibi* Gœdd. *ff. de V. S.* Quod tamen ita demum verum eſt, ſi poſtea is, qui in utero eſt, naſcatur vivus. Qui enim mortui naſcuntur, neq; nati, neq; procreati videntur; atq; hinc liberorum appellatione non gaudent, *l. qui mortui 129. ff. de V. S.* Hinc fit, ut ſi ventrem pater præteriit, in ſuſpenſo ſit; an teſtamentum ruptum iri debeat: Equidem ſi partus vivus naſcatur, rumpitur: ſi mortuus, non rumpitur, *l.1. l.3. C. de poſth.l. quod dicitur 12. ff. de lib. & poſth.* Gœdd. *ad d.l.qui mortui 129.n.3.* ubi idem bene tradit de partu monſtroſo & portentoſo, *per l. non ſunt liberi 14.ff.de ſtat.hom.& l.oſtentum 38.ff.de V. S.*

Quæſtio I, Utrùm ventre herede inſtituto non

Digitized by Google

ſolùm is filius, qui ex ea natus eſt uxore, quæ erat tempore teſtamenti, inſtitutus intelligatur, ſed etiam is, qui ex alia naſciturus eſt?

Affirmo per text. *in l. placet. ff. de lib. & poſth.* ubi verba hæc expreſsè extant: Cùm maritus poſthumum heredem ſcribit, non utique is ſolus poſthumus ſcriptus videtur, qui ex ea, quam habet uxorẽ, ei natus eſt, vel qui tunc in utero eſt, verùm is quoque, qui ex quacunque uxore naſcatur. Et licet noſtro in caſu teſtator non poſthumum, ſed ventrem heredem inſtituerit, idem tamen eſt, ac ſi poſthumum inſtituiſſet, *argum. l. 3. §. nominatim. ff. de injuſt. rup. irr. teſtam.* Mantica *de conject. ult. volunt. lib. 4. t. 9. num. 6.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 21. num. 31.* Fachin. *lib. 4. c. 89.* Diſſent. Caſtrenſ. & Aretin. *in d. l. placet. ff. de lib. & poſth.* Sed quid ſtatuendum, ſi teſtator non ſimpliciter ventrem inſtituit, ſed eâ conditione adjectâ, ſi uxor prægnans eſſet: Sanè videtur teſtator manifeſtè loqui de filio, qui naſcetur ex ea uxore, quam tunc habuit; ideoque non intelligendum eſſe eum heredem ſcriptum, qui ex alia uxore naſcetur; Eaq; ſententia fuit Angeli *in conſ. 51.* Sed contrarium rectè reſpondet Alex. *in d. l. placet.* & Purp. *in conſ. 518. num. 3. lib. 2.* Placet enim, ut valeat teſtamentum, benignam adhibere interpretationem, ut & alibi adhiberi ſolet, *in l. ult. C. de poſthum. her. inſtit. l. Tit. §. Lucius. ff. de lib. & poſth.* Atque ita dicendum erit, teſtatorem inſtituiſſe eum ventrem, qui tempore mortis ſuæ prægnans eſſet, & poſthumum eum, qui tunc naſceretur. Quare ſive ex ea uxore naſcatur, quam tunc habuit, ſive ex alia, quam poſt conditum teſtamentum duxit, talis poſthumus heres inſtitutus eſſe videbitur ſecundùm *d. l. placet.* Ex qua eandem hanc controverſiam propoſitam à me *vide in diſp. mea ad Inſt. 8. poſit. 4.*

Quæſtio II. propoſita à Matthæo hîc n. 10. & ſeqq. Utrùm L. Corneliæ de ſicariis pœnâ teneatur is, qui vel partum abegit, vel gravidam mulierem ita læſit, aut verbis offendit, ut concepti partus abortum faceret?

Neg. per text. *in l. Cicero. ff. de pœn. l. Divus. ff. de extrard. crim.*

ord.crim.l.ſi mulierem.ff.ad l.Corn. de ſic. Nec diſtinguo inter partum animatum & inanimatum; nulla enim lex eſt in jure noſtro, quæ diſtinctionis illius meminerit. Et confunditur illa per rationem hanc firmiſſimam: Quia ut pœnæ L.Corneliæ de ſic. locus ſit, hominem interemptum vel ipſius interimendi causâ quid actum eſſe oportet: Jam verò partum quantumvis animatũ pro homine jura, in hoc præſertim caſu, antè non habent, quàm editus ille ſit, *l.cùm inter.14.C. de fideicom.libert.l.9.ff.ad l.Falc.* Ergo rejectâ hac diſtinctione potiùs indiſtinctè extra ordinem pro arbitrio judicis prædicto modò delinquentem puniendum eſſe arbitror cum Teſſ. *deciſ.12.* Menoch. *de arbitr.jud. quæſt.caſ. 357.* Phil.Matth. *hîc num.20.21. & 22.* & Fachinæo *lib.9. controv.c.100.* Diſſ.Gomez.*lib.3.variarum reſolut.c.3.n.32.* Clar.*lib.5.ſentent.quæſt.68.num.2.* Cujacius *lib.19.obſerv.9.* Sichard.*in l.2.n.2.C.de poſth.her.inſtit.* Covar.*in c.ult.n.10. lib.2.var.reſolut.& in clement.furioſus.p.2.§.3.n.1.de homicid.* qui omnes ſuprà dictam diſtinctionem probant; quæ licet jure civili propter allegatos modò textus tolerari nequeat, uſu tamen ſervatur, eiq; cujus facto partus animam habens periit, ordinaria homicidii pœna irrogatur; quod & criminali ordinatione Carolinâ cautum eſt, *ſub art.133.* & juri divino & Canonico conveniens eſt, *Exod.c.21.verſ. 22.& ſeqq.c.Moyſes 32.q.2.*

Lex 199.

Non poteſt dolo] Dolum committit, qui magiſtratui ſuo non obtemperat; Idcircò actio in factum adverſus eum inſtituitur, ex qua propter contumaciam damnatur in id, de quo controverſia eſt. Hieron.Treutl.*diſput.4.vol.1.theſ.9. lit.E.* Quæ actio cùm popularis ſit; Gœdd.*ad l.12.n.19.ff.de V.S.* Diſſ.Treutl.*d.loc.ſub lit.D.* pœna ſecundùm naturam popularium actionum, ſoli actori applicanda eſt; Gœdd.*d. loc.num.15.& ſeqq.* Harprecht.*ad §.12.Inſtit.de act.* Bronch. *cent.4. aſſert.69.* Dixi, *Magiſtratui ſuo:* Ei enim, qui extra territorium ſuum jus dicit, impunè non paretur, *l.ult.ff.de jurisd.* Si tamen dubium ſit, utrùm citatus citantis jurisdictioni ſubjectus ſit, comparere omnino debet, *l.1. in pr. ff.ſi quis in jus vocat. l.5.ff. de judic.* Fit enim ſine præjudicio juris citatio, neque ex eo quòd vocatus venit; ideo

Digitized by Google

in judicem citantem conſenſiſſe videtur, *l. non videtur 33. ff. de judic.* Habiturus etiam eſt temerariæ vocationis ſumtus contra adverſarium, *l. eum quem temerè, eodem tit.* Item poteſt exceptiones vel fori vel actionis vel privilegii tutò allegare coram eodem judice, *d. l. 5. ibi,* privilegia ſua allegaturi. *ff. de judic.* Geil. *lib. 1. obſ. 48.* Mynſ. *cent. 6. obſ. 7.* Vultej. *lib. 1. discept. c. 1.* Gœdd. *de ſequeſt. c. 1. fol. 47.* Bronch. *cent. 1. aſſ. 23.* Diſſ. Duaren. *ad tit. de in jus vocand. c. 6.* Petrus Gregor. *ſyntagmat. lib. 48. de contum. c. 3. num. 7.*

Lex 203.

Quod quis ex ſuâ culpâ] Exemplum eſt in eo, qui in alieno ſolo ſciens ædificat, is impenſas utiles, quas abſque rei, in quam facti ſunt, detrimento tollere nequit, non recuperat: Cùm obſtet ei culpa, quòd temerè ædificavit in ſolo, quod alienum ſcivit, *§. ex diverſo 31. in fin. Inſtitut. de rerum diviſ. l. domum 5. C. de rei vind.* Donell. *lib. 4. comm. c. 33.* Anton. Fab. *lib. 2. conject. c. 1.* Menoch. *remed. 15. recup. poſ. num. 540.* Diſſ. Cujac. *lib. 19. obſerv. 1.* Et hæc ita de impenſis utilibus. Voluptuarias ita ſcienter in alieno ædificans, indiſtinctè amittit, etiamſi ſine læſione prioris ſtatus rei eos auferre poſſet, *arg. d. l. 5. C. de R. V. & l. utiles 39. ff. de hered. petit.* Gœdd. *ad §. 2. l. 79. n. 3. ff. de V. S.* Diſſent. Alciat. *ibid.* Mynſ. *ad d. §. 31. Inſt. de rer. div.* Menoch. *d. l. num. 545.* Commodè hîc de impenſarum materiâ prolixiùs agi quidem poſſet, ſed quia eam alibi pertractavi, plura non attingam, exceptâ ſolâ graviſſimâ illâ quæſtione, an ei, qui in rem alienam impenſas fecit, eamq; domino, non ſervatis impenſis, tradidit, actio aliqua, quâ recuperare impenſas poſſit, prodita ſit? Negantium opinioni aſtipulor, quæ probatur *per l. 33. ff. de condict. indeb. §. 31. Inſtit. de rer. div. l. 14. §. 1. ff. com. div. & l. 48. ff. de R. V.* Ant. Fab. *de error. pragm. decad. 26. error. 9.* ubi ad contraria reſpondet. Diſſ. Martinus antiquus gloſſator, quem Faber *dicto loco* refutat.

Lex 206.

Jure naturæ] Valde huic regulæ obſtare videntur uſucapiones & præſcriptiones; ex quibus certè quis ſummo cum veri domini incômodo & damno locupletior redditur: Verùm reſpondeo: ex regulâ modò enucleatâ *203. hoc titulo.*

quòd

quòd is,qui ſuâ culpâ damnum ſentit, ſentire id omnino non intelligatur; Suæ enim negligentiæ & deſidiæ dominus imputare debet,quòd intra ſtatutum tempus res ſuas non perquiſierit,collegerit, vindicaverit: Deinde licet verus dominus ſuâ culpâ damnum non ſentiret,tamen damnum illud,quod ſentiret pro damno,non haberetur,quia hîc ſpectatur utilitas & commodum publicum;quod ſemper præferendum eſt commodo privato; Ob bonum autem publicum uſucapio introducta dicitur *in l.1.ff. de uſuc.* ut ſcilicet aliquis ſit litium finis,& ne rerum dominia ſint in incerto: Denique dominus à lege in alienationem rei propriæ conſentire præſumitur,*l.alienationis 28.ff. de V.S.* Neque dici poteſt,eam voluntatem domini non fuiſſe,cùm de ea lex diſponat,quæ contrarium probari non ſinit,& factũ ipſum ſatis oſtendat;quo non minùs voluntas oſtenditur,ac ſi verbis expreſſa fuiſſet,*l.de quib.ff.de leg.* Vaſq.*lib.2.ill.controv. cap.52.*Donell.*lib.5.com.30.* Duaren.*ad l.1.ff.de pact.*Cujac. *ad l.1.ff.de uſuc.* Phil.Matth.*hîc.* Ant.Matth. *in not. ad prin. Inſt.de uſuc.*Bronch.*cent.4.aſſ.2.*Arumæ.*diſp.6.ad Inſt.Exerc.1.*Cæterùm uſus hujus regulæ apparet in caſu,quem refert & decidit Petrus Heigius *lib.2.quæſt.20.n.29.40.& 41.* Comes quidam pecuniam,nomine filiarum ex hereditate matris acceptam in emptionem feudi converterat. Quærebatur, An aliquo reali remedio conſultum eſſet filiabus adverſus agnatos defuncti patris & feudi ſucceſſores?Reſpondetur. Etiamſi in rem agi nequeat,ex æquitate tamen ſucceſſores illos,ad quos feudum beneficio pecuniæ filiarum pervenit,conveniri poſſe,argumento eorum,quæ traduntur à Dd. *in l.ſi me & Titius 32.ff.ſi cert.pet.* & h. noſtra.Thoming. *deciſ.27.nu.34.* nimirum actione perſonali aut condictione,ne cum injuriâ & damno filiarum notabili locupletentur.

Lex 207.

Res judicata] Hinc fit,ut ſub prætextu inſtrumentorum pòſt repertorũ res judicata reſtaurari non poſſit.*l.4.C.de re jud.fac.l.Imperator.35.ibi,*reſtitui negotia minimè oporteat, *ff.d.t.l.cùm de 27.ibi,*nova inſtrumenta,*ff.de excep.rei jud. l.ſi patronus 12.§.3.ibi,* rebus judicatis ſtandum eſt, *de bon.*

Digitized by Google

liber.cap.inter.20.& cap.ſuborta ſeq.extr.de ſent.& re judic. Unde eludi ea non debet,*l.ſervo invito. §. cum Prat.ff. ad Trebell.* Sic ob eandem repeti non poteſt,quod indebitè ſolutum eſt,*l. ſi fidej.29.§.5. ibi,* tunc enim propter autoritatem rei judicatæ repetitio quidem ceſſat,*ff.mand.l.1.C.de cond.ind.* Weſ. *in par.ff.de re judic.nu.8.*Cujac.*lib.18.obſ.35.* Fach.*lib.1.contr.cap.51.*Ant.Fab.*de erro.pragmat.p.1.dec.19. err.5.*Bronch.*cent.4.aſſert.18.* Idem verum exiſtimo de teſtamento noviter reperto;nec enim illius prætextu ſententia retractari poteſt; Ratio eſt:quia teſtamentum quoq; eſt inſtrumentum,*l.1.ff.de fid.inſt.*Idem igitur de eo rectè quod de cęteris inſtrumentis aſſeritur.Zaſ.*ad d.l.Impp.ff.de re jud. per l.judex 55. ibi,*qui ſemel vel pluris vel minoris cōdemnavit,ampliùs corrigere ſuam ſententiã non poteſt,*ff.d.t.*Niſi tamen nova petitio,novumq; judicium diverſum à primo emergat,*l.2.l.20.ff. de exec. rei judic.* Fachin.*d.loc.c.62.*vel niſi dolo adverſarii factum ſit,quò minùs inſtrumenta reperirentur,*l.ſub prætextu.C.de transact.l.29.§.5. ibi,*ipſe autem ſtellionatus crimine propter ſuam calliditatem plectetur,*ff.mand.* Duar.*ad d.l.35.ibi,*in negotio publico ex cauſa permittere ſe,hujuſmodi inſtrumentis uti,*ff.d.t.* Cuj.*d.loc.* aut matrimoniales aut ſimiles privilegiis munitæ,Geil.*lib. 1.obſerv.112.in pr.* Quid dicendum de Eccleſia?Eáne adverſus rem judicatam propter inſtrumenta de novo reperta audienda eſt? Aff. Quia cauſa Eccleſiæ publica eſſe cenſetur, *arg.c.jus publicum.diſt.1.*Imò Eccleſia & civitas ęquiparantur,*l.fin. C. de SS. Eccl.* At in negotio publico adverſus rem judicatam rectè quis utitur inſtrumentis de novo repertis, *d.l.35.d.t.*Quin etiam Eccleſia jure minoris utitur,*c.1. de reſt.in integr.* At verò minor eſt reſtituendus,*l.minor 37.ff. de min.*Ergo; *aff.ad d.l.35.*Fachin.*d.loc.c.53.*

Lex 211. & ultima.

Servus Reipublicæ] Hujus legis ultimæ interpretatio & ratio deſumenda eſt *ex l.22.& 32.* & aliis quamplurimis,*h.t.* in quib.aſſeritur,ſervos jure civili pro nullis haberi,ac proinde actus ab iis celebratos pro nullis quoq; habēdos.Hinc dicitur in *l.175.* In his officiis,quæ per liberas fieri perſonas leges deſiderant,ſervum intervenire non poſſe;Giphan.*hic*

in fine

in fine. Atqui obſtat *l. Barbarius. ff. de offic. prat.* de qua videatur Hotoman *ill. quæſt. 17.* Govean *lib. 1. variar. lect. cap. 6.* & noviſſimè poſt eos Bronch. *cent. 1. aſſert. 7.* qui reſpondent, quòd ſummo jure acta & decreta ſervi in caſu *d. l. Barbarius.* valere & effectum habere non potuerint; verùm quòd ex benignitate propter utilitatẽ publicam placuerit, ea rata ac firma eſſe, ne tam multæ ſententiæ bene latæ reſcindantur, & multorum civium jura & poſſeſſiones turbentur. Vulgò autem Doctores id communi errori adſcribunt; atq; hinc axioma vulgatum extruxerunt, quòd communis error jus faciat: Accurſius, Bartol. & alii, quos ſequitur Johann. Dauth. *in tract. de teſtam. de ſubſtantial. teſtam. n. 152. pag. mihi 138.* ubi aliquot illuſtria exempla adducit, in quibus communis error jus faciat. Impugnant autem illud axioma Govean. & alii *d. loc.* quibus adde Rober. Aurel. *lib. 1. lect. cap. 38.* Cæterùm cùm Accurſius *d. l. Barbarius*, ab hac regula excipiat quaſi pugnantem, Ferrarius Montanus id immeritò fieri hîc tradit. Non enim pertinere ad hanc materiam, tantum abeſſe, ut pugnare poſſit.

Regulæ diverſæ ex tit. concordanti de R. J. in 6. & ex jure feudali:

I. Utile per inutile non vitiatur, *c. utile. d. t.*

Hæc regula abſolutè vera non eſt, ſed ita demum, ſi inutile ſit ſeparatum, & diſtinctum; Gœdd. *in tr. de contr. ſtip. c. 4. n. 83.* Bronch. *cent. 4. aſſ. 92.*

II. Infamibus portæ dignitatum non patent, c. infamibus. d. t.

Congruit *l. 2. C. de dign.* Cui non obſtat *l. generaliter. §. penult. & ult. ff. de decur.* ubi ſpurii ad dignitatem admittuntur. Reſp. Spurios neq; juris neq; facti infamiâ laborare; quod probo hoc modo: Omnis infamia & turpitudo proficiſcitur ex propriis actionibus, *l. cognitionum. §. 1. ff. de var. & extraord. cogn.* Atqui ſpurii nihil egerunt, nihil admiſerunt quod turpe eſt, *l. 6. ff. de decur. cap. naſci. 56. diſtinct.* Ergo neque de jure neq; de facto infames ſpurii dici poſſunt, Palæot. *in tr. de ſpur. c. 55.* Thom. *deciſ. ill. quæſt. 48. nu. 30. & ſeqq.* Fach. *lib. 4. controv. c. 93.* Bronch. *d. cent. 4. aſſ. 93.* Diſſ. Hartm. Piſt. *lib. 1. quæſt. 30.*

Digitized by Google

III. Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, c. quod omnes d.t.

Exempli gratiâ: Si plures habeant fundum communem, & volunt in eo ſervitutem conſtituere, oportet ut omnium conſenſus interveniat. Unius enim diſſenſus impediet ſervitutem, *l. per fundum. ff. de ſerv. ruſt. præd.* Bronch. *d. loc. aſſ. 91.*

IV. Fœminæ locus non patet in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo qui primus de hoc fuerit inveſtitus.

Tit. 17. lib. 2. feud. de eo, qui ſibi vel her. ſuis maſcul. & fœm. Ex quo textu dilucidè probatur, fœminam per maſculum ſemel excluſam, non cenſeri perpetuò excluſam. Eſt enim particulæ iſtius *Donec* hæc ſignificatio propria, ut actum, cui adjungitur, nõ penitus removeat, ſed ſuſpendat: in qua potiùs ſignificatione accipienda eſt, quàm in alia impropria, quâ id quod dicitur, omnino etiam excluditur, cùm regulariter verba propriè ſint accipienda, *l. 1. §. ſi is qui navem 19. ff. de exerc. act. l. 3. §. hæc verba.* ubi Bartol. *ff. de negot. geſt.* Facit etiam, quòd & maſculis & fœminis à primo acquirente deſcendentibus in prima inveſtitura pacto proviſum fuerit: Ex eo igitur pacto omnibus illis tam maſculis quàm fœminis, tam natis quàm naſcituris jus quęſitum eſt, nimirum jus ſuccedendi, & quidem ſuccedendi primo acquirenti: Id autem jus ſemel ipſis quæſitum ſine facto ſuo per alium, quicunq; is ſit, auferri nec poteſt nec debet; Atq; hanc ſententiam tuentur Laudenſ. *in cap. 1. quin etiam epiſc. vel abb.* Weſ. *conſil. 74. n. 18. & 19.* Sonsb. *p. 9. n. 130. & ſeqq.* Hartm. Piſtor. *lib. 2. q. 36.* Mynſ. *cent. 5. obſ. 74.* & eleganter Vultej. *lib. 1. de feud. c. 9. n. 53.* Diſſ. Dd. comm. And. de Iſern. *ad d. §. quin etiam* Schrad. *p. 7. c. 4. nu. 83.* Curt. jun. *p. 3. n. 32.* Borch. *c. 7. p. 2. n. 36.* Zaſius *p. 8. nu. 58. & conſ. 11. nu. 7. vol. 1.* Duaren. *c. 10. n. 12.* Schneid. *p. 6. nu. 43. & 47.* Geil. *lib. 2. obſ. 148.* & noviſſimè And. Fach. *lib. 7. contr. c. 46.*

V. Heres in feudis heredem ſanguinis ſeu maſculum ſignificat.

Textus *in cap. 1. §. Et ſi clientulus, de alien. feud. in c. 1. apud quem vel quos controv. feud. definiat. in cap. 1. de benef. frat. in cap.*

Digitized by Google

in cap.1. de eo, qui ſibi vel her. ſuis. in cap.1. de duob. frat. à capit. inveſt. in c.1. §. ſimiliter. verſ. profectò. de l. Corrad. in c.1. §. Hoc quoq; de ſucceſſ. feud. in cap.1. §. præterea, quibus modis feud. amitt. in c.1. §. Et quia vidimus, de his qui feud. dar. poſſ. Unde ſi feudum alicui & heredibus conceſſum ſit, non niſi heredibus ejus maſculis conceſſum intelligitur, Vult. *lib.1. c.9. n.28. de feud.* Walth. *lib.2. miſcell. cap.42.* Hart. Piſt. *lib.2. quæſt.34. nu.2.* Forſt. *lib.2. de ſucc. cap.13. n.3. & lib.3. c.24. nu.4. & ſeqq.* Zaſ. *part.8. n.36.* Fachin. *lib.7. controv. c.3.4. & 7.* Vide eundem *c.42. & 43.* Secus eſt, ſi feudum conceſſum ſit pro heredibus quibuscunq;. Tunc enim fœminæ quoq; ad feudi ſucceſſionem admiſſæ intelliguntur, Geil. *lib.2. obſ. 154. n.8.* Clar. *§. feudum. quæſt.9. verſ. Hoc præmiſſo &c.* Vult. *d.c.9. nu.29.* Fachin. *lib.7. controv. c.6.* Diſſ. Bald. *in c.1. §. donare, Qual. olim feud. pot. al.* & ibid. Martin. Laudenſ. & præpoſitus, Jacobin. de S. Georg. *in inveſt. feud. in verb. quibuscunq; &c.* Zaſ. *in epit. feud. par.8. num.62.* Aret. & Socin. *in l. Gallus. §. Etiamſi parente. ff. de lib. & poſth.* Alex. *in conſ.30. n.2. lib.1.* Decius *in conſil.171. n.5.6. & 193. nu.5. & 208. nu.2.* Cornel. *conſ.199. col. ult. lib.2.* Rubeus *conſ.110. n.9.* Barbatia *conſ.63. n.2. lib.1.* Gozadin. *conſ.26. nu.33.* Non obſtat, quòd verba generalia reſtringenda ſint ad materiam ſubjectam: Reſp. tum id faciendum, ſi verba à lege, non ſi ab homine proferantur.

FINIS.

Soli Deo laus & gloria.

Ad

VIRUM HUMANISSIMUM ET DOCTISSIMUM

DN. PHILIPPUM-HENRICUM HOENONIUM DIETzenſem Naſſovium;

PROPEMPTICA,

SCRIPTA AB AMICIS;

Cùm is, fatis ita volentibus, die octavo Septembris anno 1601. ex inclytâ & celeberrimâ Salanâ abitum pararet.

I.

Eſt tibi mens quoniam peregrinas viſere terras,
Ampláque Sabaudi quærere regna Ducis:
Flent Charites. Aſtræa gemit, lacrumatur Apollo,
Et precibus cupiunt te revocare ſuis.
Tu decori iis etenim, placuit dum Sala, fuiſti,
Perq; tuas operas nobile nomen habent.
At verò incaſſum & voti ſine fine laborant,
Mens melior placidas obſtruit auriculas,
Jam ſatis atque ſuper per te nota inclutа Jena,
Ingenii tellus extera poſcit opem;
Nunc tandem accinctusq; via, quò fata Deusq;,
Quò mens, quò genius te vocat, ire paras.
Non lenes auras Zephyriq; tepentia flabra
Jam precer atque tuæ commoda mille viæ?
Ferreus & natus duris in cautibus eſſem,
Si mea non illud Muſa ſubiret onus.
I ergò felix, furias vos ponite venti,
Occlude ô montes Æole magne tuos:

Digitized by Google

Vos cœli pluviasq́; imbresq́; retundite: tu ſed
Diva ſalus tantum concomitare virum.
Et vos Ardalides, tuq́; ô Themis alma, Geneva
Quæ reſides, plauſus ingeminato novos,
Advenit, è cujus tibi parta eſt fama labore,
Advenit, in cujus pectore Jura latent.
Advenit exactè divina humanaq́; noſcens
Omnia, Naſſovii gloria magna ſoli.
Excipe quæſo virum, quem non mea Muſa, ſed alta
Commendat virtus integritasq́; tibi.

Joachimus Mörder
Eq. Pomeranus.

II.

CUi generoſa ſedet generoſo in pectore virtus,
Cuique placet vera nobilitatis honos:
Ille haud ignavos inter ſine luce latendo
Serpit, & obſcura nomina plebis amat:
Sed ſe tollit humo, cœli volitare per auras
Nititur, atque cupit viſere regna ſoli:
Nam veluti gaudet motu quæ purior unda eſt,
Nobilior mens ſic, ſi moveatur, erit.
Ergo PHILIPPE *juvat noſtros quòd linquere ſulcos,*
Externos populos cernere quodq́; juvat.
Quòd te jam Latium, quòd Gallica terra laceſſit,
Divini eſt animi firmius indicium:
Namq́; tuâ virtute imitaris ſidera cœli,
Perpetuâ gaudent quæ revoluta vice.
Perge igitur, paribusq́; tuas conatibus auge
Vires, ingenium perpoliendo tuum.
Non etenim gaudes mutare polumq́; ſolumq́;
Tantùm, ſed ſudas excoluiſſe animum.
Namq́; hominum cernens ſtudia & commercia vitæ,
Prudenti eximias pectore quæris opes:
Perge bonis avibus, tibi flammea cingat utrumq́;
Turba latus, cœptum lætus iter perage:
Te DEUS *abducat ſalvum, ſalvumq́; reducat*
Te DEUS, *incolumem ſervet ubique* DEUS:
Perge, nec objectis quicquam moveare periclis:
Perge, & honore tuo vince laboris onus:

Digitized by Google

Sic bene conſiliis patriæ prodeſſe valebis,
Sicq́; feres trepidis civica jura reis.
Sic te fama vehet niveis ſuper aſtra quadrigis,
Veraq́; ſuccedet gloria, verus honos.

Julius Marcus LL. Candidat.

I I I.

DEgeneres homines timor ocyus arguit expes,
Qui ſine re ſine ſpe nutricis ab ubere pendent.
Caſeolos, ſerasq́; nuces, pinguesq́; faliſcos,
Pro cerebro Junonis habent, & nectare Divûm.
Quis ſi extra muros campo ſe credat & hortis,
Diverſi diverſa timent, mox affore credunt,
Qui lædat coſtas & candida pectora rumpat;
Sed caput ad Turcas, vel ad ipſos deferat Indos
Stultum. Nam forti ſua patria proſtat ubique.
Fata viam invenient, aderitq́; vocatus ut autor
Ipſe Deus greſſusq́; pios comes ipſe ſuorum
Diriget, & patrias, ſi viſum, ducet ad oras.
Hoc duce non metuet percoctum pectus honeſto
Per juga Scironis vel inhoſpita luſtra Gigantum
Securas ſperare vias & ludere Faunos.
Non unis tantùm Parnaſſus floret Athenis,
Ingenii non omne decus mea rura coarctant,
Una nec inſignes fert omnis terra DONELLOS,
Qui diverſa cupit, diverſas viſitet oras,
Qui meliora cupit, multas inviſat Athenas.
JENA tibi, HOENONI, dudum fuit hoſpita, ſed non
Hoſpita JENA manet, licet illa vel expetat ultrò,
Diſceſſumq́; tuum doleat, geminetq́; favorem,
Promittens quæcunq́; poteſt. Fuit hoſpita. Mens eſt
Non dubitata tibi oblatos jam linquere fines,
Et MYNSINGEROS alienis quærere terris.
Non equidem invideo, nec debet amicus amico,
Sed mallem ut poſſis cum noſtris vivere Muſis
Ampliùs, & ſolito correſpondere favore,
Te mihi Fata negant, tibi me. Quod Fata probarunt,
Non id cæca hominis vanis mens improbet auſis.

Digitized by Google

Ito ergo felix, quò te ſors duxerit, ito,
Nec meus è veſtro labatur pectore vultus,
Nec tuus è noſtro labetur pectore vultus,
Pòſt aliquot tua facta videns mirabor ariſtas.

M. Thomas Sagittarius jun.
Stendal. Poeta L. Cæſ.

I V.

V*Ix Aſtræa polo devecta ſub æthera, terras,*
Libera ab ingenti lite, beavit ope.
Cujus in auxilium multi candoris & æqui
Reſtauratores conſociare parat:
E quorum numero præſtans virtute PHILIPPUS,
NASSOVIO *cui vix par erit alter humo.*
Nunc hinc digrediens varii per climata tractus,
(Neſcio cultricis ductu eat anne DEI.*)*
Quid fiet quæſo? non illa Aſtræa volabit
JENENSI *hoſpitio priva ſub aſtra poli?*
Juris apex certè es: ſed fors te fata vocantem
Clarabunt, exis nunc ubi juris agres.
Non Aſtræa ſuper cælos jam tracta volabit,
Sed ſolùm per te clara vocabit humum.
DI *tibi, qui Deus es, juris Dea namq; marita eſt*
Illa Dice, itanti proſpera quæq; duint.
U*t celebres celebris celebrata theatra forenſis*
Juris, ut æternos det Deus inde dies.

Proſpera quæq; vovens raptim

M. Hippolytus Hubmeier P. L. Cæſar.

V.

D*Eſeris ánne tuos? an tì Salanus Apollo*
Sordet? númne fugis LUMINA CLARA *Scholæ?*
Non equidem ingenuos Pyladas te linquere credo,
Quos tibi conjunxit vita fidesq; ſacra.
Hic primùm ſacri ſinuoſa volumina JURIS
Aſſiduâ verſas nocte dieq; manu.

Nec ſatis hoc; alios etiam diſſolvere legum
Difficiles nodos arte, labore doces.
Quare ergo noſtros conaris linquere cœtus,
Et petere alterius caſtra togata Scholæ?
Sed te fata vocant: nulli ſuperabile fatum:
Hoc regitur, quicquid terra fretumq́ue tenet.
Et vocat ingenii te laus & gloria honeſta,
Debita virtuti præmia juſta vocant.
Sufficere haud ducis doctas coluiſſe per artes
Pectus, & IMPERII *noſcere* JURA SACRI;
Extera nî videas multisq́ue incognita regna;
Namq́ue hæc diſceſſus maxima cauſa tui eſt.
Per varios populos varias inviſere terras
Eſt animus, varias & peragrare Scholas.
Perge igitur ducente DEO, *fatisq́ue ſecundis,*
Moribus ex cunctis optima quæq́ue lege.
Sidere perge bono: iſta tibi nam ſemita quondam
Quod minimè reris, prima ſalutis erit.
Auſpiciis lætis felici ſidere tendas,
Quò DEUS *& quò te conſcia fata trahunt.*
DI *precor ex animi voto tibi cuncta ſecundent,*
Non dubito, quin ſint vota futura rata.

Victorius Grunet LL. ſtud.

VI.

HEi quorſum rumpis diſceſſu gaudia? quorſum
HOENONI *tendis? remane, quò ſiſtere poſſis*
Et Themidos gemitus, & triſtia vota tuorum,
Qui te ſat blandè revocant, & talia fantur:
Ah te quis nobis, ô cor, ſubducere tentat?
Fallimur, an ſolis hæc inconſtantia rebus
Propria corporeis, lapſu ut properante ferantur?
Haud ita: nam mentis dotes aliquando fatigant
Fata quoque? imò abeunt, quantumvis vivere poſſint
Conditione ſuâ, levis ac has ſupprimit aura.
Sic nos, quorum animum dulci mox ore refutas:
Pergendum eſt, fratres, mea me nunc patria poſcit,
Na mihi vos chari, potior tamen illa; quieſcat

Mens

Ment veſtra: etſi etenim vos linquo corpore, noſtri
Attamen haud unquam linquet vos flammula cordis.
Eia age, grata ſonas, frater gratiſſime cede,
Cede precor felix, felixq́; revertere ab oris
Longinquis; trino tutus quas numine viſas.

David Döring Cicenſis
LL. Studioſus.

VII.

C*Hare* PHILIPPE, *tibi, vir præſtantiſſime, nunc eſt*
Saxonicis animus cedere velle jugis;
Quâ ratione tui magnum teſtabor amorem?
Quave dabo mentis pignora certa mea?
Ipséne ſuccedam comitum pars una tuorum?
At non apta malæ ſunt mihi crura viæ.
An nitidum donem, digitos quod vinciat, aurum?
At me pauperies hoſtis acerba premit.
Quid ſupereſt aliud? tibi carmina, munera noſtra,
Et cum carminibus vota precesq́; dabo.
Ergo novenarum decus immortale ſororum,
Carpe DEI *firmo numine tutus iter.*
Vive diu, ſed vive mei non immemor unquam,
Ceu fuero, ceu me fata fuiſſe velint.
Hæc ego: plura alii, quos dexter amavit Apollo,
Omnia fauſta precor tempora; Vade, vale.

Johan Jacobus Bontius, Spi-
renſis Nem. LL. Stud.

VIII.

E*Rgóne fert animus peregrinas viſere terras,*
HOENONI, *Clarii fama decusq́; chori?*
I: nam fata vocant, dominiq́; fideliter inſtant,
Quorum ſubjecto temnere juſſa grave.
Nos quamvis abitum meritò doleamus amici:
Optamus reditum lætum aliquando tamen.

Lucas Amling. Cob. Fr.
LL. Studioſ.

Digitized by Google

SEQUUNTUR

CARMINA QUÆDAM LUGUBRIA ANTONII HOENONII, OLIM IN Academiâ Wittenbergenſi Juris ſtudioſi, poſteà nomine Illuſtris ac Generoſiſſimi Herois ac domini, domini JOHANNIS Senioris, Comitis Naſſoviæ, Catimeliboci, Viandæ & Deciæ, domini Beilſtenii &c. beatiſſimæ memoriæ, in Comitatu Deciano præfecti, de obitu viri reverendi quondam & præclariſſimi Dn. PHILIPPI MELANTHONIS, magni illius Germaniæ luminis, Wittenbergæ anno 1561. inter orationes, epitaphia, elegias, variaque ſcripta alia de eodem ſubjecto, typis excuſa, nunc verò à filio PHILIPPO-HENRICO HOENONIO U. J. D. & Conſiliario Naſſovico, gratæ piæque recordationis ergo, iterum edita poſteritatique exhibita.

I.

EPICEDION

SCRIPTUM AB ANTONIO HOENONIO TILLENBURGENSE.

Gaudia ſe ponant, lacrimoſos Muſica cantus
Edat, ſint luctus. …
Carmina mœſta …

Præco Dei vivi, magnusq́ propheta PHILIPPUS.
In quem ſpectabant omnes hoc tempore, quotquot
Relligionis opus faciunt, unumq́ fatentur
In tribus eſſe Deum, qui ſanctum colligat agmen
Voce miniſterii, cœtum nec deſerat iſtum.
Quod bimari quondam divinus in urbe Corintho
PAULUS erat, nobis verè fuit iſte ſacerdos.
O lacrimoſa dies, nuper quæ ſuſtulit illud
Præſidium, multis ô deteſtanda querelis!
Labitur in præceps moles immenſa coloſſi,
Quam Rex Aſſyrius Chaldæa vidit in arce.
Signa DEUS monſtrat natis certiſſima, judex
Quòd ſit venturus ſubitò, collapſaq́ regna
Reſtauraturus, rigidis ſtat cœtus in armis
Angelicus, mandata ducis, ſonitumq́ tubarum
Expectans, acies, vexilligeræq́ phalanges
Intendunt acres arcus, amentaq́ torquent.
Pars aptat gladios lateri, pars tela pharetræ,
Ingratoq́ necem minitatur fulmine mundo.
Scilicet iſta notat mors immatura piorum,
Quos rapuêre brevi Parcæ, lethoq́ dederunt.
Quis neſcit quantâ fuerit pietate LUTHERUS
Excellens, quantum ſano benefecerit orbi,
Dum graviter vera pro relligione laborat,
Et ſcriptis hominum genus atrox, impia ſpargens
Dogmata Pontificis, damnat, diſcr[illegible] vitæ
Nil met[illegible] nec quas ipſi ſtrux[illegible]
Inſid[illegible] olor hei memi[illegible]
Soll[illegible] cto pugna[illegible]
[illegible] vitale rel[illegible]
[illegible] ot in un[illegible]
[illegible] efleti te[illegible]
[illegible] ecus au[illegible] m.
[illegible] habes [illegible] AR,
[illegible] s ſter[illegible]
[illegible] cleſi[illegible]
[illegible] t ſu[illegible]
[illegible] deſi[illegible]
[illegible] ni c[illegible] tus.

Tunc etiam quando te ſors inopina tuliſſet.
Infelix moritur POMERANUS magna nepotum
Gloria, paſtoris qui functus munere, verbo
Pavit oves Chriſti precioſâ morte redemtas.
Hoc, nimiùm Parcis crudelibus, occidit anno
MILICHIUS, quo non poterat præſtantior ullus
Arte Machaoniâ triſtes depellere morbos,
Ille etiam ad ſuperos humana ceſſit ab aurâ.
Tot priùs amiſſis, te nunc, divine MELANTHON
Orbati, mæſtum lacrimantes ducimus ævum:
Et veluti caſtus ſurreptâ compare turtur,
Æternùm gemimus. Quis nos ſolabitur agros?
Quisvè levamen erit lacrimis ſuper ora profuſis?
Siccine conſumti tabeſcere cogimur omnes,
Nullaq; cordis erunt ſolantia pharmaca feſſi?
Túne tuos, dilecte ſenex, veneranda ſenectus,
Deſeris; & miſera querulos in valle relinquis?
Cùm tot ſunt vera de relligione tumultus,
Cumq; malus paſſim mundum circumſonet error,
Et lites, pugnas, & amara prælia linguæ
Excitet invidiæ ſtimulis. Concordia blanda
Pacis alumna latet, procul atq; fugata receſſit
Omnibus ex terris: diſcordia caſtra locavit
In loca cuncta, priùs Lybici ſeu littoris oram
Seu Boream ſpectes, ſeu pinguis flumina Nili,
Quæ vel ad occaſum ſita ſunt pulcerrima regna.
Hos fluctus poteras, niſi te malè grata tuliſſent
Fata, tuis precibus, mentes compeſcere dictis.
Nunc te care parens defuncto lumine vitæ,
Turba relicta ſumus, luctuq; dolore gravati.
Hoc tamen eſſe poteſt multis, qui fortè requirunt
Solamen, tua fama viget, tua ſcripta leguntur,
Scripta, quibus rediit longis ſuppreſſa tenebris
Lux Evangelio, Papæ vox improba quondam
Extirpare vago ſtolidè quæ juſſerat igni.
Sic igitur, ſcelus indignum, ſic tota peribit
Magnaq; doctiloqui ſuccumbet Muſa Philippi,
Et tot congeſti noctesq; diesq; labores
In nihilum redeant? mentes qui deſuper audit

Huma-

Digitized by Google

Humanas DEUS *hoc ſed quod mandaverat ipſe*
Sit vetuiſſe meum, dicit, licet una Draconis
Inſtinctu veteris pereat, flammâq́ dehiſcat
Altera veridici vatis tamen uſq vigebit
Muſa, dies donec veniet quo vindice dextrâ
Officii memor accipiam, pœnasq́ rependam.
Firmiter aſſenſu nunc his innitimur uno,
Quos pietas movet, & luctus ſolatia noſtri
Quærimus, & ſequimur veſtigia ſancta parentis,
Quem Deus ex magnâ dederat bonitate, ſuoq́
Motus amore gregi, ſublato præſide, ſacro.
Non ipſi quicquam natura negaverat uni,
Nam claras ſeu mentis opes, ſeu candida puri
Ingenii ſpectes pulcerrima flumina, primus
Hic erit, hic qualem venturi temporis ætas
Vix feret ulla virum caſta genitricis ab alvo.
Docta quòd Auſonios calles Germania libros,
Quòd fera Barbaries ſenſit propulſa ruinam,
Et quòd quàm multis hodiè tua ſcripta leguntur
Græcia, nos illi totum debere fatemur.
A paucis tamen accepit data præmia tanto
Digna labore, lues etenim veſana malorum
Dente notare ſenem non unquam deſiit ægrum,
Hos quoq ſuſtinuit placato pectore caſus,
Ingratos hominum mores, infidaq́ corda
Deplorans, cæca ſimul & contagia mentis.
Barbarica plenas noctis pro viribus artes,
Quæq́ premebantur ſcripturæ dogmata ſacræ,
Orba ſuo cultu, collectis undiq libris,
Reſtituit rurſus, turpesq́ abolevit abuſus,
Non ipſi cenſus magni, non regna fuêre,
Nec quoq regales epulæ, ſed victus honeſtus,
Contentus modicis argentum ſprevit & aurum.
Auxilium miſeris propensâ mente ferebat,
Quos deforme malum prædura premebat egeſtas,
Nec patiebatur vacuâ diſcedere dextrâ
Quenquam, ſed manibus plenis hinc omnis abibat;
Ergo his pro meritis carus fuit omnibus æquè,
Quod modò non rari lacrimis teſtantur amaris.

Digitized by Google

Deficiens tandem magnisq́ laboribus æger
Cùm febris tectas eſſet populata medullas,
Effundensq́ animam, placidè ſua lumina clauſit,
Sidera, quæ quondam latè fulgentis Olympi
Eſt perſcrutatus, cœliq́ volubilis orbes:
Nunc propiore videt vultu, compage ſolutâ
Corporis, & ſanctos, majeſtatemq́ verendam
Aſpicit, exutus curis, rebusq́ moleſtis:
Nam mors eſt vitæ precium finisq́ laborum,
At nos in gemitu vitam, luctuq́ trahemus,
In cineres donec quoq́ longa redegerit ætas
Viſcera noſtra, tibi nullo ſit pondere terra.

II.

EPITAPHIUM EJUSDEM.

DIvinus ſitus eſt hîc, lector amice, MELANTHON
Non procul à tumulo, clare LUTHERE, *tuo.*
Quem ſcriptis hoſtes vos occidiſſe putatis,
Molles cum CHRISTO *nunc agit ille dies.*

III.

PHILERGUS

ECLOGA ANTONII HOENONII. TILLENBERGENSIS,

De morte reverendi & clariſſimi viri, D. Philippi Melanthonis.

LYCIDAS. ALEXIS. IOLAS.

EXtinctum Lycidas multo ſermone Philergum
Secretis lucis, & littore ſolus oberrans
Sæpe memor Domini nequicquam flebat ad Albim,
Et miſeræ quærens ſolatia plurima menti
Heu triſti tales rumpebat pectore voces:
Fons Deus eſt vitæ, vitam ſperamus ab ipſo

Per-

Perpetuam, licet hinc Parcæ fatalia nentes
Stamina, nos rapiant, & inevitabile fati
Jus rigidum, pariterq; ſenes juveneſq; trucidet,
Serius hos, illos citius, promiſſa parentis
Æterni rata ſunt etenim ſine fœnore nobis.
Idcirco ſtultum noſtri dixêre priores
Id mortale genus, nocteſq; dieſq; ſuorum
Quod fleat interitus, lethi via cùm ſemel una
Omnibus è terra natis calcanda ſit, omnes
Simus & hos rurſum ſumturi corporis artus,
Poſt dulcem ſomnum, renovatâ carne priori.
Naturæ tamen imperio, quæ mollia nobis
Corda dedit, luctum cumulantes, funus amici
Proſequimur, teſteſq; pii ſine fraude doloris
Sæpè madent largè ſuffuſo flumine ocelli.
Illud ſublato mihi nunc paſtore Philergo
Evenit, inter oves vel ſi benè condita verſu
Carmina decanto, vel membris nocte ſolutis,
Somno ſuppreſſus jaceo, velamine tectus.
Sic ait, atq; memor nuper viventis amici
Exanimis totus, lacrimas fundebat inanes;
Flebant tunc coryli, circùm quoq; conſita quercus
Stillabat guttas, & oves ad pabula ducta
Præ nimio domini lacrimantis amore dolebant.
Tantus erat luctus, denſa inter robora, quantum
Effudiſſe ferunt Thisben, cùm viſcera ferro
Pyramus ad pacta confoderat arboris umbram,
Pòſt etiam ſumens ſævas in vulnera vires.
In pratis, ſecum tàm triſtia fata querentem,
Audierat calamos inflare peritus Alexis,
Percitus atq; ſui miſerandâ voce ſodalis,
Ibo, refert, cauſamq; mali, luctuſq; requiram.
Nec mora, conveniunt Lycidas & Alexis in unum:
Tum prior incumbens baculo ſic cœpit Alexis.
ALEX. *Ede palàm Lycida, cordis pars altera noſtri,*
Nec celes quicquam, cur te mœrore fatigas?
Quid tantùm luges? cur fimbria pulla galerum
Cingit? Et inſolitus circum te ſerpit amictus?
Vel tua cur totum ceſſat ſuſpenſa per annum

Fiſtula? diſparibus ſeptem compacta cicutis:
Quam, quæ cantabas, meruerunt carmina quondam.
Te memini (nec enim, niſi me ſententia fallit,
Firmiter impreſſum capiti ſemel excidit ulli)
Veſtitu lynces imitari, Pana canendo.
An tua Chryſothemis, conſtans quam fama ferebat,
Te ſolum mediis, totumq́; fovere medullis,
Pacta reformidat connubia turpiter, ignes
Concipiens ſub corde novos, flammasq́; recentes,
Dum procul ignotis miſer in regionibus erras?
Vel mala præteritam turbarunt ſomnia noctem?
Somnia non vanos nobis portantia caſus.
Talia præmetuens mala maxima mœſtus Alexis
Voce refert, Lycidas nihil intractabilis audit,
Sed celeres animi motus jam dividit illuc,
Jam rapit huc, varias in partes omnia verſans,
Nunc vocat illacrymans umbram, manesq́; Philergi,
Nunc rigidas leges accuſat, & ipſa decorum
Jura magis, fletu valles & complet amaro,
Nil minùs interea tamen ardens inſtat Alexis
Et Lycida, clamat, nimiùm ne cede dolori,
Sat lacrimas ſenſere genæ, ſat lumina fletum.
Tu modò, quæ turbent, referas incommoda, mentem.
Lyc. Annuus in gyros hac luce revolvitur orbis
Menſibus elapſis, ex quo ſenis oſſa Philergi
Deflentes lacrimis, & corpus humavimus ipſum.
Al. Paſtor ad Elyſios deſerto corpore campos?
Deſerto grege? deſertis paſtoribus? ævo
Exiit, infeſtâ ſublatus morte Philergus?
Scilicet id nobis, ſi mens non læva fuiſſet,
Virgarum junctos memini prædicere faſces,
Quos Mycon, & Corydon, quos viderat ipſe Palamon,
His oculis egomet ſtupidâ quos mente notavi,
Dum nitidi ſcrutor ſinuoſa volumina cœli,
Gnoſiacam quærens præſaga per aſtra coronam;
Quæ jubet imbelles tepidis ab ovilibus agnos
Vere novo, clauſis in paſcua pellere ſeptis.
Lyc. Vera recordaris, nec te mens fallit, Alexi,
Conſpecta tales cœli per inania formæ,

Digitized by Google

Magnorum ſemper metuenda fuere malorum
Signa, famis, belli, cladis, peſtisq; futura,
Nec non interitus gravium pietate virorum.
AL. *O ſimulacra gregi nimiùm funeſta relicto!*
O lacrymoſa dies, & cunctis luctifer annus,
Quo cecidit mœſto ſublatus funere, noſtri
Ruris, & ætatis decus immortale PHILERGUS!
Cùm tamen inſignes neq; non ſuper æthera noti,
Extarent medici? Damon, Melilatus & Ægon,
Quos, priùs amiſſam ſucco revocare ſalutem,
Et validum membris robur ſuperaddere læſis
Poſſe, mihi, quondam memorabas, facta canenti
Phylliridis ſtudio præſtantis, & arte medendi?
Quòd non quæſierint ſævum prohibere dolorem,
Aut prorſus fœdi contagia pellere morbi.
LYC. *Et ſenior Damon longoq; peritior uſu,*
Et Melilatus, oves herbis qui paſcit odoris,
Si quando molles morbus ſuperaverit artus,
Adfuit, & prudens cum quo propiora PHILERGUS
Vincula jungebat, multis dilectior, Ægon.
Is, velut ingenio ſuperat, quos diximus omnes,
Sic pòſt annorum fuerit cùm firmior ætas,
Creſcet, & à pecorum tolletur ad aſtra magiſtris.
Hos, ſimul & reliquos, eadem qui rura colebant,
Namq; ſuum munus peragebant gnaviter omnes,
Herbarum vidi ſpecies conjungere mixtas,
Sed fruſtra letho membris adhibere ſepultis.
AL. *Ergo poſt magnum (teſtor querceta)* MENALCAM,
Vnica paſtorum laus, & ſpes ſola PHILERGUS
Occidit, emeritæ permenſus tempora vitæ,
Quandoquidem divûm ſic triſtia juſſa volebant.
LYC. *Cum vigili curâ ratio nil proficit artis,*
Nil medicina poteſt, nec quicquam promovet uſus,
Mors infeſta bonis, ſorti mors invida noſtræ,
Lethiferos amnes herbis ubi miſcet odoris.
Sed tu ſi quod habes ſub arundine carmen, Alexi,
Quod vel inextincti decantet facta PHILERGI,
Vel levet accenſum noſtro ſub corde dolorem,
Incipe, te veniens ex valle ſequetur Iolas.

Digitized by Google

Nec ſatis hoc; alios etiam diſſolvere legum
Difficiles nodos arte, labore doces.
Quare ergo noſtros conaris linquere cœtus,
Et petere alterius caſtra togata Scholæ?
Sed te fata vocant: nulli ſuperabile fatum:
Hoc regitur, quicquid terra fretumq; tenet.
Et vocat ingenii te laus & gloria honeſta,
Debita virtuti præmia juſta vocant.
Sufficere haud ducis doctas coluiſſe per artes
Pectus, & IMPERII *noſcere* JURA SACRI;
Extera nî videas multisq; incognita regna;
Namq; hæc diſceſſus maxima cauſa tui eſt.
Per varios populos varias inviſere terras
Eſt animus, varias & peragrare Scholas.
Perge igitur ducente DEO, *fatisq; ſecundis,*
Moribus ex cunctis optima quæq; lege.
Sidere perge bono: iſta tibi nam ſemita quondam
Quod minimè reris, prima ſalutis erit.
Auſpiciis lætis felici ſidere tendas,
Quò DEUS *& quò te conſcia fata trahunt.*
DI *precor ex animi voto tibi cuncta ſecundent,*
Non dubito, quin ſint vota futura rata.

Victorius Gruner LL. ſtud.

VI.

HEi *quorſum rumpis diſceſſu gaudia? quorſum*
HOENONI *tendis? remane, quò ſiſtere poſſis*
Et Themidos gemitus, & triſtia vota tuorum,
Qui te ſat blandè revocant, & talia fantur:
Ah te quis nobis, ô cor, ſubducere tentat?
Fallimur, an ſolis hæc inconſtantia rebus
Propria corporeis, lapſu ut properante ferantur?
Haud ita: nam mentis dotes aliquando fatigant
Fata quoque? imò abeunt, quantumvis vivere poſſint
Conditione ſuâ, levis ac has ſupprimit aura.
Sic nos, quorum animum dulci mox ore refutas:
Pergendum eſt, fratres, mea me nunc patria poſcit,
Na mihi vos chari, potior tamen illa; quieſcat

Mens

Digitized by Google

Ment veſtra: etſi etenim vos linquo corpore, noſtri
Attamen haud unquam linquet vos flammula cordis.
Eia age, grata ſonas, frater gratiſſime cede,
Cede precor felix, felixq; revertere ab oris
Longinquis; trino tutus quas numine viſas.

David Döring Cicenſis
LL. Studioſus.

VII.

C*Hare* PHILIPPE, *tibi, vir præſtantiſſime, nunc eſt*
Saxonicis animus cedere velle jugis;
Quâ ratione tui magnum teſtabor amorem?
Quave dabo mentis pignora certa meæ?
Ipséne ſuccedam comitum pars una tuorum?
At non apta malæ ſunt mihi crura viæ.
An nitidum donem, digitos quod vinciat, aurum?
At me pauperies hoſtis acerba premit.
Quid ſupereſt aliud? tibi carmina, munera noſtra,
Et cum carminibus vota preceſq; dabo.
Ergo novenarum decus immortale ſororum,
Carpe DEI *firmo numine tutus iter.*
Vive diu, ſed vive mei non immemor unquam,
Ceu fuero, ceu me fata fuiſſe velint.
Hæc ego: plura alii, quos dexter amavit Apollo,
Omnia fauſta precor tempora; Vade, vale.

Johan Jacobus Bontius, Spirenſis Nem. LL. Stud.

VIII.

E*Rgóne fert animus peregrinas viſere terras,*
HOENONI, *Clarii fama decuſq; chori?*
I: nam fata vocant, dominiq; fideliter inſtant,
Quorum ſubjecto temnere juſſa grave.
Nos quamvis abitum meritò doleamus amici:
Optamus reditum lætum aliquando tamen.

Lucas Amling. Cob. Fr.
LL. Studioſ.

SEQUUNTUR

CARMINA QUÆDAM LUGUBRIA ANTONII HOENONII, OLIM IN

Academiâ Wittenbergenſi Juris ſtudioſi, poſteà nomine Illuſtris ac Generoſiſſimi Herois ac domini, domini JOHANNIS Senioris, Comitis Naſſoviæ, Cattimeliboci, Viandæ & Deciæ, domini Beilſtenii &c. beatiſſimæ memoriæ, in Comitatu Deciano præfecti, de obitu viri reverendi quondam & præclariſſimi Dn. PHILIPPI MELANTHONIS, magni illius Germaniæ luminis, Wittenbergæ anno 1561. inter orationes, epitaphia, elegias, variaque ſcripta alia de eodem ſubjecto, typis excuſa, nunc verò à filio PHILIPPO-HENRICO HOENONIO U.J.D. & Conſiliario Naſſovico, gratæ piæque recordationis ergo, iterum edita poſteritatique exhibita.

I.

EPICEDION

SCRIPTUM AB ANTONIO HOENONIO TILLENBURGENSE.

GAudia ſe ponant, lacrimoſos Muſica cantus
Edat, ſint luctus, ſint omnia plena doloris,
Carmina mœſta canant cithara, voceſq; ſonora.
Et veluti pullis queritur philomela peremtis,
Cum gemitu pariter pueri, ſimul atq; puellæ,
Ex oculis fundant guttas fonteſq; perennes.
Lugeat accepto Germania vulnere, nec non
Tota ſui ſignum det nunc Europa doloris.
Si quenquam pietas tangit, ſi cura ſalutis,
Hic gemat effuſis querulo ſermone capillis:
En jacet immiti conſumtus morte MELANTHON

Præco

Præco Dei vivi, magnusq́ propheta PHILIPPUS,
In quem ſpectabant omnes hoc tempore, quotquot
Relligionis opus faciunt, unumq́ fatentur
In tribus eſſe Deum, qui ſanctum colligat agmen
Voce miniſterii, cœtum nec deſerat iſtum.
Quod bimari quondam divinus in urbe Corintho
PAULUS *erat, nobis verè fuit iſte ſacerdos.*
O lacrimoſa dies, nuper quæ ſuſtulit illud
Præſidium, multis ô deteſtanda querelis!
Labitur in præceps moles immenſa coloſſi,
Quam Rex Aſſyrius Chaldæa vidit in arce.
Signa DEUS *monſtrat natis certiſſima, judex*
Quòd ſit venturus ſubitò, collapſaq́ regna
Reſtauraturus, rigidis ſtat cœtus in armis
Angelicus, mandata ducis, ſonitumq́ tubarum
Expectans, acies, vexilligeraq́ phalanges
Intendunt acres arcus, amentaq́ torquent.
Pars aptat gladios lateri, pars tela pharetræ,
Ingratoq́ necem minitatur fulmine mundo.
Scilicet iſta notat mors immatura piorum,
Quos rapuêre brevi Parcæ, lethoq́ dederunt.
Quis neſcit quantâ fuerit pietate LUTHERUS
Excellens, quantum ſano benefecerit orbi,
Dum graviter vera pro relligione laborat,
Et ſcriptis hominum genus atrox, impia ſpargens
Dogmata Pontificis, damnat, discrimina vitæ
Nil metuens, nec quas ipſi ſtruxêre Tyranni
Inſidias: iſtum, dolor hei meminiſſe, parentem
Sollicitè qui pro ſancto pugnavit ovili,
Ante diem juſtum vitale relinquere lumen
Cogis ſumme Deus, tot in uno pectore dotes
Una dat, una rapit defleti temporis hora.
Te quoq́ Muſarum decus aufert lumine caſſum,
A cruce qui cognomen habes dulciſſime CASPAR,
Transfixumq́ ſuis mors ſternit iniqua ſagittis,
Cùm creſcens dubiis Eccleſia poſcere rebus,
Et ſperare malis poterat ſuppreſſa levamen.
Hos ſequitur, noſtro ne deſit cauſa dolori,
FORSTERUS, *Solymi cenſor ſermonis acutus.*

Digitized by Google

Tunc etiam quando te ſors inopina tuliſſet.
Infelix moritur POMERANUS *magna nepotum*
Gloria, paſtoris qui functus munere, verbo
Pavit oves Chriſti precioſâ morte redemtas.
Hoc, nimium Parcis crudelibus, occidit anno
MILICHIUS, *quo non poterat præſtantior ullus*
Arte Machaoniâ triſtes depellere morbos,
Ille etiam ad ſuperos humana ceſſit ab aurâ.
Tot priùs amiſſis, te nunc, divine MELANTHON
Orbati, mæſtum lacrimantes ducimus ævum:
Et velut caſtus ſurreptâ compare turtur,
Æternùm gemimus. Quis nos ſolabitur ægros?
Quisvè levamen erit lacrimis ſuper ora profuſis?
Siccine conſumti tabeſcere cogimur omnes,
Nullaq́ cordis erunt ſolantia pharmaca feſſi?
Túne tuos, dilecte ſenex, veneranda ſenectus,
Deſeris; & miſera querulos in valle relinquis?
Cùm tot ſunt vera de relligione tumultus,
Cumq́ malus paſſim mundum circumſonet error,
Et lites, pugnas, & amara prælia linguæ
Excitet invidiæ ſtimulis. Concordia blanda
Pacis alumna latet, procul atq́ fugata receſſit
Omnibus ex terris: diſcordia caſtra locavit
In loca cuncta, priùs Lybici ſeu littoris oram
Seu Boream ſpectes, ſeu pinguis flumina Nili,
Quæ vel ad occaſum ſita ſunt pulcerrima regna.
Hos fluctus poteras, niſi te malè grata tuliſſent
Fata, tuis precibus, mentes compeſcere dictis.
Nunc te care parens defuncto lumine vitæ,
Turba relicta ſumus, luctuq́ dolore gravati.
Hoc tamen eſſe poteſt multis, qui fortè requirunt
Solamen, tua fama viget, tua ſcripta leguntur,
Scripta, quibus rediit longis ſuppreſſa tenebris
Lux Evangelio, Papæ vox improba quondam
Extirpare vago ſtolidè quæ juſſerat igni.
Sic igitur, ſcelus indignum, ſic tota peribit
Magnaq́ doctiloqui ſuccumbet Muſa Philippi,
Et tot congeſti noctesq́ diesq́ labores
In nihilum redeant? mentes qui deſuper audit

Huma-

Humanas DEUS *hoc ſed quod mandaverat ipſe*
Sit vetuiſſe meum, dicit, licet una Draconis
Inſtinctu veteris pereat, flammâq; dehiſcat
Altera veridici vatis tamen uſq; vigebit
Muſa, dies donec veniet quo vindice dextrâ
Officii memor accipiam, pœnasq; rependam.
Firmiter aſſenſu nunc his innitimur uno,
Quos pietas movet, & luctus ſolatia noſtri
Quærimus, & ſequimur veſtigia ſancta parentis,
Quem Deus ex magnâ dederat bonitate, ſuoq;
Motus amore gregi, ſublato præſide, ſacro.
Non ipſi quicquam natura negaverat uni,
Nam claras ſeu mentis opes, ſeu candida puri
Ingenii ſpectes pulcerrima flumina, primus
Hic erit, hic qualem venturi temporis ætas
Vix feret ulla virum caſtæ genitricis ab alvo.
Docta quòd Auſonios calles Germania libros,
Quòd fera Barbaries ſenſit propulſa ruinam,
Et quòd quàm multis hodiè tua ſcripta leguntur
Græcia, nos illi totum debere fatemur.
A paucis tamen accepit data præmia tanto
Digna labore, lues etenim veſana malorum
Dente notare ſenem non unquam deſiit ægrum,
Hos quoq; ſuſtinuit placato pectore caſus,
Ingratos hominum mores, inſidaq; corda
Deplorans, cæca ſimul & contagia mentis.
Barbarica plenas noctis pro viribus artes,
Quæq; premebantur ſcripturæ dogmata ſacræ,
Orba ſuo cultu, collectis undiq; libris,
Reſtituit rurſus, turpesq; abolevit abuſus,
Non ipſi cenſus magni, non regna fuêre,
Nec quoq; regales epulæ, ſed victus honeſtus,
Contentus modicis argentum ſprevit & aurum.
Auxilium miſeris propensâ mente ferebat,
Quos deforme malum prædura premebat egeſtas,
Nec patiebatur vacuâ diſcedere dextrâ
Quenquam, ſed manibus plenis hinc omnis abibat;
Ergo his pro meritis carus fuit omnibus æquè,
Quod modò non rari lacrimis teſtantur amaris.

Deficiens tandem magnisq́ laboribus æger
Cùm febris tectas eſſet populata medullas,
Effundensq́ animam, placidè ſua lumina clauſit,
Sidera, quæ quondam latè fulgentis Olympi
Eſt perſcrutatus, cœliq́ volubilis orbes:
Nunc propiore videt vultu, compage ſolutâ
Corporis, & ſanctos, majeſtatemq́ verendam
Aſpicit, exutus curis, rebusq́ moleſtis:
Nam mors eſt vitæ precium finisq́ laborum,
At nos in gemitu vitam, luctuq́ trahemus,
In cineres donec quoq́ longa redegerit ætas
Viſcera noſtra, tibi nullo ſit pondere terra.

II.

EPITAPHIUM

EJUSDEM.

Divinus ſitus eſt hîc, lector amice, MELANTHON
Non procul à tumulo, clare LUTHERE, *tuo.*
Quem ſcriptis hoſtes vos occidiſſe putatis,
Molles cum CHRISTO *nunc agit ille dies.*

III.

PHILERGUS

ECLOGA ANTONII HOENONII.

TILLENBERGENSIS,

De morte reverendi & clariſſimi viri, D. Philippi Melanthonis.

LYCIDAS. ALEXIS. IOLAS.

Extinctum Lycidas multo ſermone Philergum
Secretis lucis, & littore ſolus oberrans
Sæpe memor Domini nequicquam flebat ad Albim,
Et miſeræ quærens ſolatia plurima menti
Heu triſti tales rumpebat pectore voces:
Fons Deus eſt vitæ, vitam ſperamus ab ipſo

Per-

Digitized by Google

Perpetuam,licet hinc Parcæ fatalia nentes
Stamina,nos rapiant,& inevitabile fati
Jus rigidum,pariterq́ senes juvenesq́ trucidet,
Seriùs hos,illos citiùs,promiſſa parentis
Æterni rata ſunt etenim ſine fœnore nobis.
Idcirco ſtultum noſtri dixère priores
Id mortale genus,noctesq́ diesq́ ſuorum
Quod fleat interitus,lethi via cùm ſemel una
Omnibus è terra natis calcanda ſit,omnes
Simus & hos rurſum ſumturi corporis artus,
Poſt dulcem ſomnum,renovatâ carne priori.
Naturæ tamen imperio, quæ mollia nobis
Corda dedit,luctum cumulantes,funus amici
Proſequimur,teſtesq́ pii ſine fraude doloris
Sæpè madent largè ſuffuſo flumine ocelli.
Illud ſublato mihi nunc paſtore Philergo
Evenit,inter oves vel ſi benè condita verſu
Carmina decanto,vel membris nocte ſolutis,
Somno ſuppreſſus jaceo, velamine tectus.
Sic ait,atq́ memor nuper viventis amici
Exanimis totus, lacrimas fundebat inanes;
Flebant tunc coryli, circùm quoq́ conſita quercus
Stillabat guttas, & oves ad pabula ducta
Præ nimio domini lacrimantis amore dolebant.
Tantus erat luctus,denſa inter robora, quantum
Effudiſſe ferunt Thisben, cùm viſcera ferro
Pyramus ad pacta confoderat arboris umbram,
Pòſt etiam ſumens ſævas in vulnera vires.
In pratis,ſecum tàm triſtia fata querentem,
Audierat calamos inflare peritus Alexis,
Percitus atq́ ſui miſerandâ voce ſodalis,
Ibo,refert, cauſamq́ mali,luctusq́ requiram.
Nec mora, conveniunt Lycidas & Alexis in unum:
Tum prior incumbens baculo ſic cœpit Alexis.
